nos aliter. ſcripſimus enim primùm numeratorem, deinde ſtatim adſcripſimus denominatorem inter parentheſes clauſum: quod compoſitioni typographycæ longè commodius cum ſit, lectioni etiam tum in latino ſermone, tum in noſtro Italico idiomate, magis conuenit.

1(1), 1(2), 1(3), 1(4), 1(5), 1(6), 1(7), 1(8), 1(9), 1(10), 1(11), 1(12), 1(13), 1(14), 1(15), 1(16), &c.

Et in accepta ſerie ſume terminos, duplam habentes rationem, ſimplos, dimidios, ſubtriplos, ſubquadruplos, alioſque ſubmultiplos deinceps. Et inter extremos, accipe in eadem ſerie medios quoſque, quorum & maioris extremi ſumma dicetur hyperlogarithmus, eo quod ſuperet logarithmum; eorumdem verò mediorum, & minoris extremi ſumma, dicetur hypologarithmus; eo quod ſuperetur à logarithmo.

Itaque duplæ rationis hyperlogarithmi ſunt, qui ſequuntur: primus inter ſimplos & maximos; & reliqui deinceps ordinatim inter minores, & ſubmultiplos.

1(1).

1(1).
1(2) 1(3).
1(3) 1(4) 1(5).
1(4) 1(5) 1(6) 1(7).
1(5) 1(6) 1(7) 1(8) 1(9).

& reliqui in infinitum: quorum inter ſimplo hyperlogarithmus eſt maximus, & reliqui deinceps ordinatim minores.

Item duplæ rationis hypologarithmi ſunt qui ſequuntur primus inter ſimplos, & maximos, & deinceps reliqui

1(2).
1(3) 1(4).
1(4) 1(5) 1(6).
1(5) 1(6) 1(7) 1(8).
1(6) 1(7) 1(8) 1(9) 1(10).

& in infinitum: quorum inter ſimplos hypologarithmus eſt minimus, & reliqui deinceps ordinatim ſunt maiores.

Eſt autem aſſignatorum quotcunque minimus hyperlogarithmorum, maior quàm maximus hypologarithmorum: & differentia æqualis minimo aſſumptorum extremorum rationis duplæ. cum autem poſſit aſſumi minor extremus, quàm data quælibet quantitas; poſſunt conſequenter aſſumi termini duplam inter ſe rationem habentes, quorum hyperlogarithmi, & hypologarithmi differentia minor, quam data quælibet quantitas. vnde hyperlogarithmus, & hypologarithmus, quaſi ſunt æquales.

Porrò logarithmus illa eſt quantitas, ad quam tendunt

hyperlogarithmi, cum ſemper deinceps minuuntur, & ad quam tendunt hypologarithmi, cum ſemper deinceps augentur; omni minor hyperlogarithmo, & omni maior hypologarithmo.

Similiter, ſeſquialteræ rationis hyperlogarithmi & hypologarithmi ſunt, qui ſequuntur: & vtrorumque primus eſt inter ſimplos, & maximos; reliqui verò deinceps ordinatim inter minores, & ſubmultiplos.

Hyperlogarithmi.

1(2).
1(4) 1(5).
1(6) 1(7) 1(8).
1(8) 1(9) 1(10) 1(11).
1(10) 1(11) 1(12) 1(13) 1(14).

& deinceps alij in infinitum.

Hypologarithmi.

1(3).
1(5) 1(6).
1(7) 1(8) 1(9).
1(9) 1(10) 1(11) 1(12).
1(11) 1(12) 1(13) 1(14) 1(15).

& reliqui deinceps in infinitum.

Similiter alius cuiuſque rationis hyperlogarithmi, & hypologarithmi ſunt aſſignabiles, quorum omnium quantitas intermedia eiuſdem rationis eſt logarithmus. Et hæc eſt ſuæ cuiuſque rationis quantitas naturalis, & earumdem, vel æqueàltarum rationum eadem quantitas, ſecundum

altitudinis & depressionis modum in præcedenti capite fusiùs declaratum.

Deinde altiorum rationum sunt maiores logarithmi, & depressiorum minores. quod ideò patet, quia altioris hyperlogarithmi rationis, hyperlogarithmos continent depressioris: & hypologarithmi continent hypologarithmos.

Nam exempli gratia hyperlogarithmi sunt rationum

triplæ	& sesquialteræ
1(1) 1(2).	1(2).
1(2) 1(3) 1(4) 1(5).	1(4) 1(5).
1(3) 1(4) 1(5) 1(6) 1(7) 1(8).	1(6) 1(7) 1(8).

quorum triplæ altioris hyperlogarithmi continent sesquialteræ depressioris hyperlogarithmos.

Item hypologarithmi sunt earumdem rationum

triplæ	& sesquialteræ
1(2) 1(3).	1(3).
1(3) 1(4) 1(5) 1(6).	1(5) 1(6).
1(4) 1(5) 1(6) 1(7) 1(8) 1(9).	1(7) 1(8) 1(9).

quorum hypologarithmi triplæ continent hypologarithmos sesquialteræ.

Vnde patet etiam, quod compositæ rationis logarithmus, est aggregatus componentium logarithmorum: nam & hyperlogarithmi duplæ, & sesquialteræ, hyperlogarithmos triplæ componunt; & hypologarithmi, hypologarithmos.

Hyperlogarithmi.

Duplæ	Sesquialteræ.
1(1).	1(2).
1(2) 1(3).	1(4) 1(5).
1(3) 1(4) 1(5).	1(6) 1(7) 1(8).
1(4) 1(5) 1(6) 1(7).	1(8) 1(9) 1(10) 1(11).

Hypologarithmi.

Duplæ	Sesquialteræ.
1(2).	1(3).
1(3) 1(4).	1(5) 1(6).
1(4) 1(5) 1(6).	1(7) 1(8) 1(9).
1(5) 1(6) 1(7) 1(8).	1(9) 1(10) 1(11) 1(12).

Sed & duplicatæ rationis duplus est logarithmus: nam duplicatæ duplæ rationis, nempe quadruplæ hyperlogarithmi ex binis duplæ rationis hyperlogarithmis aggregatis fiunt.

Hyperlogarithmi quadruplæ

ex duplæ,	& duplæ hyperlogarithmis.
1(1).	1(2) 1(3).
1(2) 1(3).	1(4) 1(5) 1(6) 1(7).
1(3) 1(4) 1(5).	1(6) 1(7) 1(8) 1(9) 1(10) 1(11).

Hypologarithmi quadruplæ

ex duplæ,	& duplæ hypologarithmis.
1(2).	1(3) 1(4).
1(3) 1(4).	1(5) 1(6) 1(7) 1(8).
1(4) 1(5) 1(6).	1(7) 1(8) 1(9) 1(10) 1(11) 1(12).

Si-

Similiter multiplicatæ.cuiuſque rationis æquemultiplex deprehenditur logarithmus; quia quaſi æquemultipli ſunt hyperlogarithmi, & quaſi ęquemultipli ſunt hypologarithmi. Et è conuerſo ſubmultiplicatæ deprehenditur ſubmultiplex logarithmus.

APPENDIX.

CVm hæc ſcriberem, mihi contigit rectum tramitem inuenire, ad perſequendos omnium numeroſarum rationum logarithmos. Oportet autem eiuſdem ab initio propoſitæ ſeriei fractionum terminos aſſumere, aliquotenos à primo, ſingulos, binos, ternos, quaternos, quinos, & deinceps. Porrò ex totęnis collectas quantitates voco prologarithmos, & totenorum ſeriem, voco ſeriem prologarithmorum.

Eſto autem ſeries ſingulorum *A*: ſeries prologarithmorum ex binis *B*: ſeries prologarithmorum ex ternis *C*: item ex quaternis *D*: item ex quinis *E*: & deinceps aliæ. Deinde ſeries ordinetur exceſſuum, primi prologarithmi ſeriei *B*, ſupra primum ſeriei *A*; & ſecundi, ſupra ſecundum; & tertij, ſupra tertium; & ſic deinceps in infinitum: omnium huiuſmodi exceſſuum ſumma, eſt logarithmus rationis duplæ. Nam primus exceſſus, eſt hypologarithmus inter maximos terminos rationis duplæ: ſumma ex primo & ſecundo, eſt hypologarithmus, inter ſubduplos maximorum: ſumma ex primo ſecundo & tertio, eſt hy-

E	1(1) 1(2) 1(3) 1(4) 1(5).	1(6) 1(7) 1(8) 1(9) 1(10).	1(11) 1(12) 1(13) 1(14) 1(15).
D	1(1) 1(2) 1(3) 1(4).	1(5) 1(6) 1(7) 1(8).	1(9) 1(10) 1(11) 1(12).
C	1(1) 1(2) 1(3).	1(4) 1(5) 1(6).	1(7) 1(8) 1(9).
B	1(1) 1(2).	1(3) 1(4).	1(5) 1(6).
A	1(1).	1(2).	1(3).

pologarithmus, inter ſubtriplos maximorum. Ergo ſumma omnium, hypologarithmorum eſt maximus, nempe logarithmus.

Item ſeries ordinetur exceſſuum primi prologarithmi ſeriei *C*; ſupra primum ſeriei *B*; & ſecundi, ſupra ſecundum; & tertij, ſupra tertium; & ſic deinceps in infinitum: omnium huiuſmodi exceſſuum ſumma, eſt logarithmus rationis ſeſquialteræ.

Item ſeries ordinetur exceſſuum primi prologarithmi ſeriei *D*, ſupra primum ſeriei *C*; & ſecundi, ſupra ſecundum; & tertij ſupra tertium; & ſic deinceps in infinitum: omnium ſumma exceſſuum, eſt logarithmus rationis ſeſquitertiæ.

Similiter ſeries ordinetur exceſſuum primi prologarithmi ſeriei *E*, ſupra primum ſeriei *C*; & ſecundi, ſupra ſecundum; & tertij, ſupra tertium; & ſic deinceps in infinitum: omnium ſumma exceſſuum, eſt logarithmus rationis quam habent numeri ex quotenis eſt ſeries *E*, & ex quotenis eſt ſeries *C*. Nam primus exceſſus, inter maximos eiuſdem rationis terminos eſt hypologari-

garithmus: primi vero & ſecundi exceſſuum ſumma, eſt hypologarithmus inter ſubduplos maximorum: primi ſecundi & tertij ſumma exceſſuum, eſt hypologarithmus inter ſubtriplos; & ſic deinceps.

Cap. 6.

Sextum & vltimum, pro ſexto eſt elemento: numeroſa duarum propoſitionum quinti elementi reductio, quarum eſt vſus inſignis in ſexto.

Prima, quæ eſt 99. 5.

Quatuor hormonicè diſpoſitarum quantitatum, ſi prima maxima eſt omnium, logarithmus, rationis primæ ad ſecundam, ad logarithmum rationis tertię ad quartam, minor eſt, quàm vt prima ad tertiam; maior, quàm vt ſecunda ad quartam.

Sint quantitates numeroſas inuicem rationes habentes, harmonicè diſpoſitæ 1(4) 1(5) 1(8) 1(9) quarum maxima 1(4).

Dico logarithmum rationis 1(4) ad 1(5) ad logarithmum rationis 1(8) ad 1(9), minorem eſſe, quàm vt 1(4) ad 1(8); maiorem verò, quàm vt 1(5) ad 1(9). ideſt

Dico logarithmum rationis 5 ad 4 ad logarithmum rationis 9 ad 8, minorem eſſe, quàm vt 8 ad 4; maiorem verò, quàm vt 9 ad 5. ideſt

Dico rationem 5 ad 4, ad rationem 9 ad 8, logarithmicè minorem eſſe, quàm vt 8 ad 4; maiorem verò logarithmicè, quàm vt 9 ad 5. ideſt

Dico rationem 5 ad 4 quadruplicatam, depreſſiorem

eſſe

esse ratione 9 ad 8 octuplicata: & 5 ad 4 quintuplicatam altiorem esse ratione 9 ad 8 nonuplicata.

Et quia ambæ rationes 5 ad 4, & 9 ad 8, sunt maioris inæqualitatis: inter quas depressiores altioribus sunt minores. Dico 5 ad 4 quadruplicatam minorem esse ratione 9 ad 8 octuplicata: & 5 ad 4 quintuplicatam, maiorem esse ratione 9 ad 8 nonuplicata. idest

Dico potestates quartam 5 ad quartam 4, minorem esse quam vt octaua 9 ad octauam 8: quintam verò 5 ad quintam 4, maiorem quam vt nona 9 ad nonam 8. idest

Dico productos sub potestatibus, sub quarta 5, & octaua 8, minorem, quàm sub quarta 4, & octaua 9: sed sub quinta 5, & nona 8, maiorem, quàm sub quinta 4, & nona 9.

Potestates.

Quarta	5	625
Octaua	8	16777216
		83886080
		33554432
		100662296
		10485659900

Quar-

Quarta 4 256
Octaua 9 43046721

258280326
215233605
86093442

11019960576

Quinta 5 3125
Nona 8 134217728

671088640
268435456
134217728
402653184

419430400000

Quinta 4 1024
Nona 9 387420489

1549681956
774840978
387420489

396718580736

Secunda, quæ est 100. 5.

Quatuor arithmeticè dispositorum numerorum, ratio primi ad secundum totuplicata, quotus est primus, maior est ratione tertij ad quartum totuplicata, quotus est quartus: ratio verò primi ad secundum totuplicata, quotus est secundus, minor est, quàm tertij ad quartum totuplicata, quotus est tertius.

Sint quatuor arithmeticè dispositi numeri 8, 5, 7, 4.

Dico rationem 8 ad 5 octuplicatam, maiorem esse ratione 7 ad 4 quadruplicata: & rationem 8 ad 5 quintuplicatam, minorem septuplicata 7 ad 4. idest

Dico potestates octauam 8 ad octauam 5, maiorem esse, quàm quarta 7 ad quartam 4: quintam 8 ad quintam 5, minorem, quàm septima 7 ad septimam 4. idest

Dico productos sub potestatibus, sub octaua 8, & quarta 4, maiorem esse, quàm sub octaua 5, & quarta 7: & sub quinta 8, & septima 4, minorem, quàm sub quinta 5, & septima 7.

Potestates.

Octaua	8	16777216
Quarta	4	256
		100663296
		83886080
		33554432
		4294967296

Octaua 5 390625
Quarta 7 2401

390625
1562500
781250

937890625

Quinta 8 32768
Septima 4 16384

131072
262144
98304
196608
32768

536870912

Poteſtates.

Quinta 5 3125
Septima 7 823543

4117715
1647086
823543
2470629

2573571875.

			Errata.	*Corrige.*

In Præfatione præcedenti.

Pag.	*lin.*	*col.*		
52	7	1	164025	273375
	8	1	9216	27648
	9	1	49	343


In Opere ſequenti.

Pag.	*lin.*		
5	20	baſibus, quæ	baſibus, quælibet quantitas fuerit ſumma duarum, quæ
64	25	quoties	quotus
	26	quoties	quotus
207	27	ſupra lineolam	ante parentheſes
208	3	infra lineolam	inter parentheſes.



SOLI DEO GLORIA.

GEOMETRIÆ SPECIOSÆ ELEMENTA.




Petrus Mengolus, Lucæ Tesino, adolescenti optimo S. D.





N prima lectione Algebræ Speciosæ, tres tabulas triangulares tibi tradidi, multiplicium, & proportionalium, & nominum nuncupatas: earumque vsum, ad componendas, & relinquendas potestates binomiorum, & per modum artis, explicaui. Eius demonstrationem, præsenti trado libello; quam ex me audisti: vt legendo recolas; & ad potiora mathemata suscipienda, te prepares. Nihil alienum sumo; præter quædam, ex Euclide, in quinto, & sexto: quæ suis locis allego, in margine. Vale.



GEO-

GEOMETRIÆ SPECIOSÆ

ELEMENTVM PRIMVM

DEFINITIONES.

1 SI tabula triangularis, ex vertice, & basibus, & lateribus, ita concipiatur ordinata; vt in vertice sit quædam quantitas; & in prima basi, statim sub vertice, sint duæ quantitates; & in secunda basi, tres; & in tertia, quatuor; & sic deinceps: in singulis basibus, dicentur, quantitates extremæ, Prima, & Vltima; & his proximæ, Secunda, & Penultima; item Tertia, & Tritultima; Quarta, & Quartultima; & deinceps.

2. Vnde latus primarum omnium quantitatum, dicetur, Primum; & secundarum, Secundum; & deinceps: vltimarum quoque dicetur, Vltimum; & penultimarum, Penultimum; & sic deinceps.

3. In singulis quoque lateribus, quantitas, quæ in vertice, aut quæ vertici est proxima, dicetur Prima; & reliquæ

deinceps, Secunda, Tertia, Quarta, & ſic in infinitum.

4. Quantitas, vnde progreſſio continuè proportionalium, ordinatur in infinitum, dicetur, Rationalis. & ſignificabitur, charactere *u*.

5. Et prima conſequens à rationali, dicetur, Radix, vel Poteſtas prima. & ſignificabitur, charactere cuiuſq; litteræ alphabeti.

6. Et reliquæ conſequentes, dicentur Poteſtates radicis, Secunda, Tertia, & deinceps, iuxta ſuum cuiuſque ordinem. Et ſignificabitur vnaquæque, eâdem litterâ ſuæ radicis, adſcriptoque ordinis numero. vt radicis *a*, ſecunda poteſtas *a2*, tertia *a3*, & ſic deinceps.

7. Rationalis, licet nomen ordinis non habeat inter poteſtates; tamen habebitur pro ordinata: & dicetur, vnitate minùs ordinata, quàm ſit prima poteſtas.

8. Si tabulæ triangularis in vertice, fuerit rationalis; & in prima baſi, duæ fuerint radices, prior, in primo latere, & poſterior, in vltimo; & deinceps in primo latere, fuerint ordinatæ poteſtates prioris radicis, & in vltimo, poteſtates poſterioris: fuerint autem, & in reliquis lateribus ſecundo, tertio, & deinceps in ſingulis, ordinatæ continuè proportionales, in eadem ratione primi lateris; item in penultimo, tritultimo, & reliquis deinceps lateribus, in ſingulis, ordinatæ fuerint continuè proportionales, in eadem ratione vltimi lateris: & in ſingulis baſibus, fuerint ordinatæ continuè proportionales, in eadem ratione radicum; in ſecunda baſi, tres, quarum extremæ ſunt ſecundæ poteſtates

ſtates radicum; in tertia, quatuor, quarum extremæ ſunt poteſtates tertiæ, & ſic deinceps: dicetur Tabula Proportionalium. *Huiuſmodi tabulam ordinat Euclides in 2. 8. Elementorum.*

9. In tabula proportionalium, inter extremas, vna quælibet media, ad quam rationalis habuerit rationem compoſitam ex duabus rationibus, ad quaſdã poteſtates vtrarumque radicum; denominabitur ab vtriſque ordinibus poteſtatum, à priore primùm, deinde à poſteriore. & ſignificabitur, ex vtriſq; characteribus, charactere compoſito; ex priore primùm, deinde ex poſteriore. Vt ſi prior eſt radix *a*, poſterior *r*; media, ad quam *u*, rationem habet compoſitam, ex rationibus, *u* ad *a*, & *u* ad *r*, dicetur, Vni prima; & ſignificabitur, charactere *ar*: ad quam verò *u*, rationem habet compoſitam ex rationibus, *u* ad *a*2, & *u* ad *r*3, dicetur, Bitertia; & ſignificabitur charactere *a*2*r*3: & ſic deinceps.

10. Si tabulæ triangularis in vertice, fuerit vnitas; & in prima baſi, & in lateribus primo, & vltimo, fuerint vnitates; deinceps verò in baſibus, quæ verſus verticem ſibi inſiſtũt, quaſi fronti cornua, dicetur, Tabula multiplicium.

11. Si duæ tabulæ, multiplicium, & proportionalium, ita coaptentur, vertex, vertici, & latera, lateribus, & baſes, baſibus, vt congruant; ideſt, vt quiſque numerus multiplex, congruentem multiplicet proportionalem: producta, dicetur, Tabula Nominum. Significabitur autem vnumquodq; nomen, eodem ſuæ proportionalis chara-

ctere,

ctere, post suum immediatè numerum conscripto.

12. In quibusque proportionalitatibus earumdem, vel non earumdem rationum; homologæ sunt primùm, antecedentes, antecedentibus, & consequentes, consequentibus: deinde permutando, antecedentes suis consequentibus sunt homologæ: homologarum quoque æquemultiplices, & eædem partes, & summæ, & differentiæ, sunt homologæ.

13. Homologia, est sumptio homologarum, vt & in alia quadam proportionalitate, fiant homologæ.

14. Ratio ex æquali, dicetur, quælibet ratio, ex rationibus composita.



Ta-

Tabula Proportionalium.

u

a r

a2 ar r2

a3 a2r ar2 r3

a4 a3r a2r2 ar3 r4

a5 a4r a3r2 a2r3 ar4 r5

a6 a5r a4r2 a3r3 a2r4 ar5 r6

Tabula Multiplicium.

1

1 1

1 2 1

1 3 3 1

1 4 6 4 1

1 5 10 10 5 1

1 6 15 20 15 6 1

Tabula Nominum.

u

a r

a2 2ar r2

a3 3a2r 3ar2 r3

a4 4a3r 6a2r2 4ar3 r4

a5 5a4r 10a3r2 10a2r3 5ar4 r5

a6 6a5r 15a4r2 20a3r3 15a2r4 6ar5 r6

Explicationes quarumdam notarum.

Additio ſignificabitur, charactere crucis: vt ex *a*, & *r*, collecta ſumma, $a + r$.

Subtractio, charactere lineolæ: vt ex *t*, dempta *a*, relinquit differentiam, $t - a$.

Æqualitas, ea interpunctione ſignificabitur, qua partes principes periodi ſolent diſtingui. vt quod $a + r$, eſt æqualis ipſi *t*,

$$a + r : t.$$

Ratio ſignificabitur interpunctione, qua maximæ partes periodi ſubdiſtinguuntur; ſcilicet puncto, & commate. vt ratio *a* ad *r*, ſcribendo,

$$a ; r.$$

Itaque proportio *a* ad *r*, ſicut *a2* ad *ar*, ſignificabitur, ſcribendo,

$$a ; r : a2 ; ar.$$

Et compoſita ratio ex rationibus. velut ex *u* ad *a2*, & *u* ad *r3*, compoſita *u* ad *a2r3*, ſcribendo,

$$u ; a2 , + u ; r3 : u ; a2r3.$$

vbi comma, inter *a2*, & crucem, vtiliter diſtinguit, ad ſignificandum, non quantitatum *a2*, & *u*, ſummam $a2 + u$, ſed rationum.

Multiplicata quoque ratio, ſignificabitur. velut *a3* ad *r3*, triplicata rationis *a* ad *r*, ſcribendo,

$$a3 ; r3 : \text{triplicata } a ; r.$$

Theo-

Theorema primum, Propositio prima.

EX ijſdem rationibus, ex æquali, ſunt eædem rationes.

Hypotheſis.

a; *b* : *c*; *d*.
e; *f* : *g*; *h*.

Dico ex æquali *a*; *b*, + *e*; *f* : *c*; *d*, + *g*; *h*.

Præparatio.

e; *f* : *b*; *i*.
g; *h* : *d*; *l*.

Demonſtratio.

11.5. | *b*; *i* : *d*; *l*
22.5. | *a*; *i* : *c*; *l*
def.5.6. | *a*; *b*, + *e*; *f* : *a*; *i*.
def.5.6. | *c*; *d*, + *g*; *h* : *c*; *l*.
11.5. | *a*; *b*, + *e*; *f* : *c*; *d*, + *g*; *h*. Quod erat demonſtrandum.

Quare ex ijſdem rationibus, ex æquali, ſunt eædem rationes.

Theor. 2. Prop. 2.

QVantitates proportionales, per homologiam ſunt proportionales.

Demonſtr.

def. 6.5.
12, & 24.5.
15.5
16.5
17.5
18.5

Nam conuertendo, quantitates fiunt proportionales: item homologas homologis addendo: item æque multiplicando, & æquepartiendo: & permutando: & diuidendo: & com-

19.5 ponendo: & homologas ab homologis aufe-
22.5 rendo; & per conuersionẽ rationis: & ex æquali in proportione ordinata: coniunctisq; omnifariam huiusmodi argumentis, quocunque ordine, per homologiam, proportionales fiunt. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 3. Prop. 3.

POtestates æqueordinatæ totuplicatam habent rationem radicum, quotus est ordo.

Hypoth.

Sint radices, *a*, *r*: quarum potestates æqueordinatæ, *a3*, *r3*: numerus ordinis, 3.

Dico *a3*; *r3*: triplicatam *a*; *r*.

Demonstrat.

def. 6. | *a3*; *u*: triplicata *a*; *u*.
def. 6. | *u*; *r3*: triplicata *u*; *r*.
p. h. | *a3*; *r3*: triplicata *a*; *r*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 4. Prop.

SI tabulæ triangularis in vertice fuerit rationalis; & in prima basi, fuerint duæ radices; & in primo, & vltimo latere, fuerint continuè proportionales; & in singulis basibus, ordinatæ fuerint continuè proportionales: erit proportionalium tabula.

De-

Demonstr.

Cum enim in prima basi sint radices: erunt in
def. 6. secunda basi extremæ, secundæ potestates; dupli-
3. h. catam habentes rationem radicum: quę & dupli-
def. p. catam habent rationem deinceps: ergo ratio ra-
11. 5. dicum eadem est, quæ deinceps. Eodemque modo, in singulis basibus, ostendetur, quod ratio radicum eadem est, quæ deinceps. Quare vt in prima basi, ita in secunda, & reliquis, eadem semper est ratio primę quantitatis ad secundam, & secundæ ad tertiã, & sic deinceps; item penultimæ ad vltimam, & tritultimæ ad penultimã, & sic deinceps. Itaque in binis deinceps lateribus, & in binis deinceps basibus, quantitates eamdem habent rationẽ radicum, antecedentes, in vno, & consequentes, in
16. 5. altero latere: ergo permutando, eamdem habent rationẽ, antecedentes, in vna, & consequentes, in altera basi: & vt in primo latere sunt continuè proportionales, vt rationalis ad priorem radicem; ita in secundo, & in tertio, & in reliquis deinceps, in eadem sunt ratione continuè proportionales: & vt in vltimo, sunt continuè proportionales, vt rationalis ad posteriorem radicem; ita in penultimo, & tritultimo, & in reliquis deinceps. Quare tabula
def. 8. triangularis, est tabula proportionaliũ. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 5. Prop. 5.

SI tabulæ triangularis in vertice, fuerit rationalis; & in prima basi, fuerint duæ radices; & in primo, & vltimo latere, fuerint continuè proportionales; & in singulis lateribus à primo, fuerint ordinatæ continuè proportionales, in eadem ratione, quæ deinceps, in primo: erit proportionalium tabula. Item si in singulis lateribus ab vltimo, fuerint ordinatæ continuè proportionales, in eadem ratione, quæ deinceps, in vltimo: erit proportionalium tabula.

Demonstr.

Cum in binis deinceps basibus, & in binis deinceps lateribus à primo, quantitates eandem habeant rationem, quæ deinceps, in primo, antece-
16. 5. dentes, in vna, & consequentes, in altera basi: habebunt, permutando, eamdem rationem etiam, antecedentes, in vno, & consequentes, in altero latere: eritque in basibus, ratio deinceps, eadem, quæ in prima basi: eruntque in singulis basibus, continuè proportionales in eadem ratione radi-
4. h. cum: quare tabula triangularis, erit proportionalium tabula. Quod &c.

Simili prorsus demonstratione, ostendetur altera pars Theorematis. Quam &c.

Quare &c.

Theor.

Theor. 6. Prop. 6.

IN tabula proportionalium, rationalis ad vnamquamq; mediam, habet rationem cōpositam ex rationibus, ad potestatem, in primo latere, vnitate minùs ordinatam, quàm sit ipsa media, in basi, ab vltima; & ad potestatem, in vltimo latere, vnitate minùs ordinatam, quàm sit ipsa media, in basi, à prima.

Hypoth. & Demonst.

Sit in tabula proportionalium, quinta basis; in
def. p. qua, sex proportionales: & sit vna ex medijs, non prima, quæ est sextultima, nec sexta, quæ est vltima, sed quarta, quæ est tritultima. Et sint, in primo latere, radix *a*; & in vltimo, radix *r*: & ab *a*, sit secunda potestas *a2*, vnitate minùs ordinata,
def. 8. quàm tritultima; quæ profectò in primo latere, est
def. 3. tertia; & in tritultimo, est prima: sit etiam ab *r*, tertia potestas *r3*, vnitate minùs ordinata, quàm quarta; quæ profectò, in vltimo latere, est quar-
def. 8. *def. 3.* ta; & in quarto, prima: erit quantitas *a2r3*,
def. 9. bitertia, ad quam, rationalis habet rationem compositam ex rationibus, ad potestates *a2*, & *r3*.

Dico mediam, in quinta basi, quartam tritultimam, esse bitertiam *a2r3*.

Demonstr.

def. 2. Nam quarta, & tritultima, in quarto est, & in tritultimo latere: in quarto quidem, est tertia quantitas; & in tritultimo, est quarta. Habet ergo

go rationalis ad tertiam quarti lateris, rationem compositam ex rationibus, ad $r3$ primam quarti lateris, & primæ quarti lateris ad tertiam: sed prima quarti lateris ad secundam, & secunda ad tertiam, sunt continuè proportionales, vt prima primi lateris ad secundam, & secunda ad tertiam: ideoque prima ad tertiam quarti lateris, est vt prima u, ad tertiam primi $a2$: ergo rationalis ad tertiam quarti lateris, idest, ad quartam tritultimam, in quinta basi, rationem habet compositam ex rationibus, u ad $r3$, & u ad $a2$; eamdem, quam habet ad $a2r3$ bitertiam. Ergo in quinta basi, quarta tritultima, est bitertia $a2r3$. Quod &c.

def. 8.

p. h.

p. h.

9. 5.

Quare &c.

Theor. 7. Prop. 7.

QVantitas, ad quam rationalis habet rationem compositam, ex rationibus ad potestates, in primo, & vltimo latere tabulæ proportionalium; est media: & est in basi æqueordinata, atque summa est ordinum postatum: & est vnitate plus ordinata, in basi, ab vltima, quàm sit ordo potestatis, in primo latere: item est vnitate plus ordinata, in basi, à prima, quàm sit ordo potestatis, in vltimo latere.

Hypoth.

Sit quantitas $a2r3$, ad quam u, rationem habet compositam, ex rationibus, u ad $a2$, in primo latere, & u ad

ad *r3*, in vltimo, tabulæ proportionalium: quarum poteſtatum ſumma ordinum, ſit ordo quintæ baſis: & quarum poteſtatum, vnitate maiores ordines, eius quidem *a2*, quæ in primo eſt latere, ſit ordo tritultimæ, & eius *r3*, quæ in vltimo eſt latere, ſit ordo quartæ, in baſi.

Dico *a2r3*, eſſe quartam tritultimam, in quinta baſi.

Demonſtr.

Eſt enim *a2*, tertia in primo latere; & vt *u*
ad *a2*, ita eſt, in quarto latere, prima ad tertiam:
def. 8. ſed eſt *r3*, prima in quarto latere: ergo *u* ad ter-
p. h. *def.* 8. tiam in quarto latere, rationem habet compoſi-
tam, ex rationibus, ad *a2*, & ad *r3*; eamdem,
9. 5. quam ad *a2r3*. Ergo *a2r3*, eſt tertia in quar-
def. 3. to latere: ergo eſt quarta in tritultimo: ergo in
def. 2. *def. p.* ſua baſi, eſt quarta tritultima: ſed quarta tritulti-
ma non eſt, niſi inter ſex proportionales, quarum
& ſexta eſt vltima, & quinta eſt penultima, & ſic
def. 9. deinceps: & ſex proportionales, non niſi in quin-
ta ſunt baſi. Ergo *a2r3* bitertia, eſt & quarta
tritultima, in quinta baſi. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 8. *Prop.* 8.

SVmma cuiuſque baſis nominum in tabula, eſt poteſtas æqueordinata ſummæ radicum.

Hy-

Hypoth.

Sit in tabula nominum basis tertia, cuius summa nominum $a3 + 3a2r + 3ar2 + r3$: sit quoque summa radicum $a + r$.

Dico $a3 + 3a2r + 3ar2 + r3$, esse tertiam potestatem $a + r$.

Oportet autem priùs demonstrare, de summa nominũ, præcedentium basium, videlicet, secundæ basis.

Dico itaque primò $a2 + 2ar + r2$, secundam esse potestatem $a + r$.

Demonstr.

def. 8.	$u ; a : a ; a2 : r ; ar : a + r ; a2 + ar$.
& 2. *h.*	$u ; r : a ; ar : r ; r2 : a + r ; ar + r2$.
2. *h.*	$u ; a + r : a + r ; a2 + 2ar + r2$.
	$a2 + 2ar + r2$, est secunda potestas $a + r$. Quod &c.
def. 8. & 2. *h.*	$u ; a : a2 ; a3 : ar ; a2r : r2 ; ar2 : a2 + 2ar + r2 ; a3 + 2a2r + ar2$.
	$u ; r : a2 ; a2r : ar ; ar2 : r2 ; r3 : a2 + 2ar + r2 ; a2r + 2ar2 + r3$.
2. *h.*	$u ; a + r : a2 + 2ar + r2 ; a3 + 3a2r + 3ar2 + r3$.
def. 6.	$a3 + 3a2r + 3ar2 + r3$, est tertia potestas $a + r$. Quod &c.
	Quare &c.

Theo-

Theor. 9. Prop. 9.

SI trium quantitatum, prima maior fuerit, quàm ſecunda; tertia autem maior fuerit exceſſu ipſarum: exceſſus tertiæ, ſupra exceſſum primæ, & ſecundæ; erit exceſſus ſummæ ex ſecunda, & tertia, ſupra primam.

Hypoth.

E A C B D

Sit prima quantitas AB, maior, quàm ſecunda BC, quarum exceſſus CA: ſitq; tertia D, maior, quàm CA.

Dico exceſſum D, ſupra CA, eſſe exceſſum ſummæ, ex D, & BC, ſupra BA.

Præpar.

Adponatur penes CB, & ipſi CA ſuperponatur quantitas CE, æqualis ipſi D.

Demonſtr.

Quoniam EA, eſt exceſſus EC ſupra CA; ideſt, exceſſus D, ſupra CA: necnon eſt exceſſus EB, ſupra BA; ideſt, ſummæ ex D, & BC, ſupra BA: per ſe patet, id quod propoſitum eſt.

Quare &c.

Theor. 10. Prop. 10.

INæqualium radicum, poteſtas maioris, vnà cum alternis nominibus eiuſdem baſis, demptis reliquis, æqueordinata relinquitur poteſtas differentiæ.

Hypoth.

Sint radices inæquales, *t* maior, *a* minor: quarum in tabula nominum, in baſi tertia, poteſtas tertia maioris radicis $t3$, vnà cum alterno nomine $3ta2$, demptis reliquis nominibus $3t2a$, & $a3$, relinquitur quantitas $t3 - 3t2a + 3ta2 - a3$; ſit autem differentia radicum $t - a$.

Dico $t3 - 3t2a + 3ta2 - a3$, poteſtatem tertiam eſſe $t - a$.

Oportet autem priùs demonſtrare, in baſibus præcedentibus, videlicet in ſecunda.

Dico itaque primò $t2 - 2ta + a2$, eſſe ſecundam poteſtatem $t - a$.

Demonſtr.

def. 8.	$u; t : t; t2 : a; ta : t - a; t2 - ta$.
& 2. *h.*	$u; a : t; ta : a; a2 : t - a; ta - a2$.
	$t; a : t2; ta : ta; a2 : t2 - ta; ta - a2$.
ex 14.5	ta, eſt maior, quàm $a2$.
	$t2 - ta$, eſt maior, quàm $ta - a2$.
9. *h.*	$t2 - ta$, dempta $ta - a2$, relinquitur $t2 - 2ta + a2$.
2. *h.*	$u; t - a : t - a; t2 - 2ta + a2$.
def. 6.	$t2 - 2ta + a2$ ſecunda eſt poteſtas $t - a$.
	Quod &c.
def. 8. & 2. *h.*	$u; t : t2; t3 : ta; t2a : a2; ta2 : t2 - 2ta + a2; t3 - 2t2a + ta2$.
	$u; a : t2; t2a : ta; ta2 : a2; a3 : t2 - 2ta + a2; t2a - 2ta2 + a3$.

2. h. | $t; a : t3 - 2t2a + ta2, t2a - 2ta2 + a3$.

ex 14.5 | $t2 - 2t2a + ta2$, maior est, quàm $t2a - 2ta2 + a3$.

25. 5. | $t2a + a3$, maior, quàm $2ta2$.

9. h. | $t3 - 2t2a + ta2$, dempta $t2a - 2ta2 + a3$, relinquitur $t3 - 3t2a + 3ta2 - a3$.

2. h. | $u; t - a : t2 - 2ta + a2 ; t3 - 3t2a + 3ta2 - a3$.

def. 6. | $t3 - 3t2a + 3ta2 - a3$, tertia est potestas $+ - a$. Quod &c.

| Quare &c.





Petrus Mengolus, Adm. R. D. Iacobo Venturolo, Scholarum Piarum Primario Arithmetices Præceptori S. D.



Vos tibi primùm ostendi characteres, & numeros, libenter vidisse te significasti, & cum tuæ Scholæ profectu multiplicibus exemplis confirmasti. Immortales tibi ante omnia gratias debeo, quòd mea qualiacunque inuenta respexeris, & in tuæ Scholæ fructum conuerteris. Itaque pro redditione gratiarum, eamdem rem tibi aliquando gratam, iterum & pleniùs communico. Tu ergo libellum hunc in tuos vsus ita conuertes. Primùm per numerosam inductionem exemplorum, duo theoremata confirmabis præcedentis libelli, 8. & 10. quibus ars producendi potestates à duorum nominum aggregatis, vel relictis radicibus demonstratur. deinde singula in præsenti libello proposita. necnon alia plura, quæ tùm indico, tùm ipse tuopte poteris ingenio adijcere. Vale.

GEO-

GEOMETRIÆ SPECIOSÆ
ELEMENTVM SECVNDVM.
DEFINITIONES.

1 QVantitas vtcunque diuiſa in duas partes, dicetur, Tota, & ſignificabitur, charactere *t*.
2 Et partes Totæ, dicentur, Abſciſſa, & Reſidua: & ſignificabitur abſciſſa, charactere *a*; & reſidua, *r*.

3. Poteſtates totæ, dicentur, Tota ſecunda, *t2*; Tota tertia, *t3*; & deinceps: & poteſtates abſciſſæ dicentur, Abſciſſa ſecunda, *a2*; Abſciſſa tertia, *a3*; & deinceps: item poteſtates reſiduæ, dicentur, Reſidua ſecunda, *r2*; Reſidua tertia, *r3*; & deinceps.

4. Si quadam quantitate, diuiſa vtcunque in partes, abſciſſam, & reſiduam; concipiatur à rationali, per ipſas partes, abſciſſam primùm, deinde reſiduam, ordinata proportionalium tabula: & eadem quantitate rurſum diuiſa vtcumque; concipiatur ab eadem rationali, altera propor-

tiona-

tionalium tabula: quantitates, quarum in vtrisque eædem appellationes, & ijdem characteres; dicentur, inuicem Synonymæ.

5. Item synonymarum æquemultiplices, dicentur, Synonymæ.

6. Ideoq; si etiam tabulæ nominum fuerint ordinatę; quantitates; quarum eadem sunt nomina, dicentur Synonimæ.

7. Vnitas ad omnes numeros, pro rationali semper habebitur. Vnde conuenienter significabatur rationalis, charactere *u*.

8. Cuiusque numeri, factis omnibus integris abscissionibus, omnium, totidemque synonymorum, summa, dicetur, Massa: & significabitur, littera maiuscula *O*, ante synonymorum characterem scripta: vt massa ex omnibus abscissis, *O. a.* & massa ex omnibus triplis biprimis, *O. 3a2r.*

9. Si cuiusque numeri, factis partibus, fuerit ordinata quædam tabula proportionalium, vel nominum; & loco cuiuslibet proportionalium, concipiatur massa suorum synonymorum: transformabitur tabula proportionalium in aliam, quæ dicetur, Tabula Speciosa.

10. In qua ordinatæ quantitates, dicentur, Species.

11. Tabula verò nominum transformabitur in aliam, quæ dicetur, Tabula Subquadratrix.

12. In qua ordinatæ quantitates, dicentur Subquadratrices.

13. Si

13. Si quælibet ſubquadratrix quantitas, multiplicata fuerit per numerum vnitate maiorem; quàm ſit ordo ſuæ baſis: producta quantitas, dicetur, Quadratrix.

14. Quod ſi, velut ex ſubquadratricibus, ita ex quadratricibus, tabula fuerit ordinata; dicetur Tabula Quadratrix.

15. Si duorum numerorum duæ ſpecioſæ tabulæ fuerint ordinatæ: maſſæ, quarum in vtriuſque ſunt eædem appellationes, & ijdem characteres, dicentur inuicem Homonymæ.

16. Item homonymarum maſſarum ęquemultiplices, dicentur, Homonymæ.

17. Ideoque etiam in duabus ſubquadratricibus tabulis, aut in duabus quadratricibus, maſſæ, dicentur, Homonymæ.

18. Si tres numeri fuerint deinceps vnitate differentes; & medius dicatur, tota: maior quidem, dicetur, Seſquitota; & ſignificabitur, charactere *q*.

19. Minor verò, Semitota: & ſignificabitur, charactere *m*.

20. Et ſicut medij numeri poteſtates dicuntur totæ, ſecunda, tertia, & deinceps: ita maioris numeri poteſtates, dicentur, Seſquitotæ; ſecunda *q*2, tertia *q*3, & deinceps.

21. Minoris autem, Semitotæ; ſecunda *m*2, tertia *m*3, & deinceps.

22. Et ſicut medij numeri dicuntur Maſſæ, Species, Subquadratrices, & Quadratrices: ita maioris numeri, di-

centur, Sesquimassæ, Sesquispecies, Sesquisubquadratrices, & Sesquiquadratrices.

23. Et minoris, dicentur, Semimassæ, Semispecies, Semisubquadratrices, & Semiquadratrices.

24. Item, sicut totæ incrementum, est vnitas, ad componendam sesquitotam; & decrementum, est vnitas, ad relinquendam semitotam: ita cuiuslibet totæ, dicetur, Incrementum, numerus addendus, ad componendam sesquitotam æqueordinatam.

25. Et Decrementum, subtrahendus, ad relinquēdam semitotam æqueordinatam.

26. Item cuiuslibet massæ Incrementum, dicetur, sufficiens numerus, ad componendam homonymam sesquimassam.

27. Et Decrementum, ad relinquendam homonymam semimassam.



Ta-

Tabula Speciosa.

O.u

O.a O.r

O.a2 O.ar O.r2

O.a3 O.a2r O.ar2 O.r3

O.a4 O.a3r O.a2r2 O.ar3 O.r4

O.a5 O.a4r O.a3r2 O.a2r3 O.ar4 O.r5

Tabula Subquadratrix.

O.u

O.a O.r

O.a2 O.2ar O.r2

O.a3 O.3a2r O.3ar2 O.r3

O.a4 O.4a3r O.6a2r2 O.4ar3 O.r4

O.a5 O.5a4r O.10a3r2 O.10a2r3 O.5ar4 O.r5

Tabula Quadratrix.

O.u

O.2a O.2r

O.3a2 O.6ar O.3r2

O.4a3. O.12a2r O.12ar2 O.4r3

O.5a4 O.20a3r O.30a2r2 O.20ar3 O.5r4

O.6a5 O.30a4r O.60a3r2 O.60a2r3 O.30ar4 O.6r5

Postulatum vnicum.

Postuletur, vt massam assumere concedatur homonymam, & proportionalem ad propositam quamdam, sicut numeri, aut vnitas ad inuicem.

D *Theor.*

Theor. 1. Prop. 1.

IN tabula ſpecioſa, cuiuſque numeri, & in qualibet baſi, ſpecies prima, & vltima, ſunt æquales; item ſecunda, & penultima; tertia, & tritultima; & ſic deinceps: item ſeſquiſpecies; & ſemiſpecies homonymæ: & ſpecierum incrementa, & decrementa. Similiter ſubquadratrices, in ſua tabula: & quadratrices, in ſua.

Hypoth. 1.

Sint in tabula ſpecioſa, cuiuſq; numeri, & in tertia baſi, prima ſpecies *O.a3*, & vltima *Or3*.

Dico, *O.a3*, *O.r3*, eſſe æquales.

Demonſtr.

def. 8.h. Nã cuiuſq; numeri, quot ſunt abſciſſiones, tot ſunt abſciſſæ, totidemq; reſiduæ: & abſciſſæ ſunt, vnitas, binarius, & deinceps: & reſiduæ ſunt, totidem ordinati, contrario tamen ordine, ſed deinceps, vſque ad binarium, & vnitatem. Quare vnaquæq; abſciſſa, vni reſiduæ eſt æqualis: & abſciſſa tertia, reſiduæ tertiæ; ad quas eadem rationalis, triplicatas habet eaſdem rationes: & omnes abſciſſæ tertiæ, omnibus reſiduis tertijs ſunt æquales; ideſt, *O.a3*, *O.r3*, ſunt æquales. Quod &c. *p. p.*

Hypoth. 2.

Sint deinde, in eadẽ tertia baſi, ſecunda ſpecies *O.a2r*, & penultima *O.ar2*.

Dico, *O.a2r*, *O.ar2*, eſſe æquales.

De-

Demonstr.

sup. Singulæ *a*, singulis *r*, sunt æquales: & singulæ *a2*, singulis *r2*: item singulæ biprimæ *a2r*, singulis vnisecundis *ar2*, sunt æquales; ad quas *u*, rationes habet compositas ex ijsdem
p. p. rationibus: quare omnes biprimæ *O.a2r*, omnibus vnisecundis *O.ar2*, sunt æquales. Quod &c.

Hypoth. 3.

Sint sesquispecies *O.a2r*; *O.ar2*; vel sint semispecies. Dico, *O.a2r*, *O.ar2*, esse æquales.

Demonstratio.

def.22.h. Quæ sunt vnius cuiusquam numeri sesquispe-
sup. cies; sunt alîus, vnitate maioris numeri species: sed species *O.a2r*, *O.ar2*, sunt æquales: ergo sesquispecies *O.a2r*, *O.ar2*, sunt æquales. Quod &c.

def.23.h. Item quæ sunt vnius cuiusquam numeri semispecies; sunt alîus, vnitate minoris numeri
sup. species: sed species sunt æquales: ergo & semispecies. Quod &c.

Dico *O. a2r*, & *O. ar2* incrementa esse æqualia, & decrementa æqualia.

Demonstr.

Nam ab æqualibus speciebus *O.a2r*, *Oar2*,
sup. æquales demptæ semispecies homonymæ, relinquunt æqualia decrementa. Quod &c.

sup. Et ab æqualibus sesquispeciebus, æquales

demptæ ſpecies homonymæ, relinquunt æqualia incrementa. Quod &c.

Hypoth. 4.

Sint in tabula ſubquadratrice, in tertia baſi, ſubquadratrices, ſecunda $O.3a2r$, & penultima $O.3ar2$.

Dico $O.3a2r$, $O.3ar2$, eſſe æquales.

Demonſtr.

def. 10. *p.* Quoniam in tabula multipliciũ, in tertia baſi, ſecundus numerus 3, & penultimus 3, ex ijſdem vtrimque vnitatibus, & numeris aggregati, ſunt æquales: æquemultiplicant ſpecies æquales, $O.a2r$, $O.ar2$; & ſubquadratrices producunt æquales, $O.3a2r$, $O.3ar2$. Quod &c.

ſup. def. 12. *h.*

Vnde patet, quod & ſeſquiſubquadratrices ſunt æquales; & ſemiſubquadratrices æquales; & ſubquadratricum æqualia ſunt incrementa; & æqualia decrementa. Quæ &c.

Hypoth. 5.

Sint denique in tabula quadratrice, in tertia baſi, quadratrices, ſecunda $O.12a2r$, & penultima $O.12ar2$.

Dico, $O.12a2r$, & $O.12ar2$, eſſe æquales.

Demonſtr.

def. 13. *h.* Cum ſint enim æqualium ſubquadratricum æquemultiplices; inter ſe sũt æquales. Quod &c.

Vnde conſtat, quod & ſeſquiquadratrices ſunt æquales; & ſemiquadratrices æquales; & quadratricum æqualia ſunt incrementa; & æqualia decrementa. Quæ &c.

Quare &c.

Theor.

Theor. 2. Prop. 2.

IN tabula ſpecioſa, cuiuſque numeri, in duobus quibuſque lateribus, vna ſpecies, habet pro incremento, maſſas aggregatas, in vtrolibet latere, ſi quæ ſunt præcedentes, atque totam vnitate minùs ordinatam, quàm ſit ipſum latus: maſſas inquam, multiplicatas per numeros tabulæ multiplicium, in baſi acceptos, vnitate minùs ordinata, quàm ſit alterum latus.

Hypoth. 1.

Eſto in tabula ſpecioſa, in primo, & in quintultimo latere, ſpecies *O.a4*: quam in quintultimo latere primam, nullæ ſpecies præcedunt: & eſto quarta tota *t4*.

Dico *O.a4*, incrementum eſſe *t4*.

Demonſtrat.

Eædem abſciſſiones totæ, quibus vnitas, binarius, & deinceps abſcinduntur; etiam ſeſquitotæ, ſunt abſciſſiones: & eædem vtrarumque ſunt abſciſſæ; necnon abſciſſæ quartæ. Sed præter abſciſſiones totæ, vna eſt vlterior abſciſſio ſeſquitotæ, qua ipſa tota abſcinditur: & pro qua poſt abſciſſas quartas totæ, & ſeſquitotę communes, accedit tota quarta, ſeſquitotæ propria: quæ ſpeciei *O. a4*, eſt incremẽtum, ad ſeſquiſpeciem componendam. Quod &c.

def. 18.h.

def. 26.h.

Hypoth. 2.

Eſto in tabula ſpecioſa, in quarto, & in vltimo latere, ſpecies *O.r3*: quam in vltimo latere

quar-

quartam, ſpecies præcedunt, tertia $O.r2$, ſecunda $O.r$, prima $O.u$: & eſto tota vnitate minùs ordinata, quàm ſit vltimum latus: quæ profectò, in
def. 7. p. ordine continuè proportionalium totarum, eſt
def. 7. 2. ipſa rationalis, atq; vnitas u. Et quoniam $O.r3$, eſt & in quarto latere, ſumatur baſis tabulæ multiplicium, vnitate minùs ordinata, nempe tertia, cuius numeri 3, 3.

Dico $O.r3$, incrementum eſſe, $O.3r2 + O.3r + O.u + u$.

Demonſtr.

Eædem abſciſſiones, totæ ſunt, & ſeſquitotæ: pro quibus vna pars incrementi $O.r3$ taxabitur. Præter abſciſſiones totæ, vna eſt vlterior abſciſſio ſeſquitotæ, pro qua pars altera eiuſdem incrementi taxabitur. Rurſum prima pars incrementi, tot ex partibus componitur, quot ſunt abſciſſiones, totæ, & ſeſquitotæ communes.

Eſt autem pro vna abſciſſione, totæ, & ſeſquitotæ, communi, eadem quidem abſciſſa, ſed non eadem reſidua. Cumque totæ reſidua eſt r, ſeſquitotæ reſidua eſt $r + u$: quoniam & ipſa ſeſquitota vnitate maior eſt, quàm tota. Cum er-
8. p. go totæ reſidua tertia eſt $r3$; ſeſquitotæ eſt, $r3 + 3r2u + 3ru2 + u3$. Et quoniam ratio æqualitatis, quantumlibet multiplicata, ſemper eſt ea-
7. 5. dem: & quantumlibet compoſita, non variat rationes, quibuſcum componitur: huiuſmodi autem

def.p.p. Item est u ad u, ad $u2$, ad $u3$: eadem ergo quantitas est $u3$, atque u: & $3ru2$, quæ $3r$: & $3r2u$, quæ $3r2$: & $r3 + 3r2u + 3ru2 + u3$, quæ $r3 + 3r2 + 3r + u$. & ſeſquitotæ reſidua tertia, eſt $r3 + 3r2 + 3r + u$. Sed totæ reſidua tertia, eſt $r3$: ergo cuiuſque reſiduæ incrementum eſt $3r2 + 3r + u$. Et omnium reſiduarum, ideſt, $O.r3$, omnia incrementa ſunt $O.3r2 + O.3r + O.u$: totidem, quot ſunt abſciſſiones communes, totæ, & ſeſquitotæ: & pars prima incrementi taxanda.

Pro vlteriori abſciſſione propria ſeſquitotæ, tota ſit abſciſſa, cuius reſidua vnitas: & maſſæ $O.r3$, vlterior reſidua ſit $u3$, ideſt u: pars altera incrementi taxanda. Quibus ex partibus, totum componitur incrementũ ſpeciei $O.r3$, quod eſt, $O.3r2 + O.3r + O.u + u$. Quod &c.

Hypoth. 3.

Eſto in tabula ſpecioſa, in quarto, & in quintultimo latere, ſpecies $O.a4r3$: quam in quintultimo latere præcedunt ſpecies, $O.a4r2$, $O.a4r$, $O.a4$: & eſto tota $t4$, vnitate minùs ordinata, quàm ſit latus quintultimum: & eſto baſis tertia multiplicium, vnitate minùs ordinata, quàm ſit latus quartum; in qua baſi, numeri ſunt 3, & 3.

Dico $O.a4r3$, incrementum eſſe, $O.3a4r2 + O.3a4r + O.a4 + t4$.

Demonstr.

Pro communibus enim totæ, & ſeſquitotæ abſciſſionibus; vna eſt pars incrementi: & pro abſciſſione vlteriori, propria ſeſquitotæ; eſt altera. Et prioris partis incrementi, tot ſunt particulæ, quot ſunt abſciſſiones communes; nempè, quot abſciſſæ, quot reſiduæ, quot quadritertiæ: & ſingulæ particulæ, ſingula ſunt incremẽta quadritertiarum totæ, ad componendas quadritertias ſeſquitotæ.

Porrò totæ, & ſeſquitotæ, pro eadem abſciſſione, eadem eſt abſciſſa; ſed non eadem reſidua: & eadem eſt abſciſſa quarta; ſed non eadem reſidua tertia. cumque reſidua tertia totæ, eſt $r3$; reſidua tertia ſeſquitotæ, eſt $r3 + 3r2 + 3r + u$: & cum quadritertia totæ, eſt $a4r3$; quadritertia ſeſquitotæ eſt $a4r3 + 3a4r2 + 3a4r + a4$: & incrementum quadritertiæ, totæ, ad componendam quadritertiam ſeſquitotæ, eſt $3a4r2 + 3a4r + a4$. Et omnia ſimul incrementa quadritertiarum totæ, ad componendas omnes quadritertias ſeſquitotę, ſunt $O.3a4r2 + O.3a4r + O.a4$, prior pars incrementi $O.a4r3$. *ſup.*

Pro vlteriori abſciſſione propria ſeſquitotę, abſciſſa eſt t, reſidua u: & abſciſſa quarta $t4$, reſidua tertia $u3$: & quadritertia vlterior propria ſeſquitotæ, eſt $t4u3$, vel $t4$: & eſt poſterior pars incrementi $O.a4r3$. Ex quibus partibus integrum componitur incrementum $O.a4r3$, quod eſt, *ſup.*

$O.3a4r2$

O. 3a4r2 + O. 3a4r + O. a4 + t4. Quod &c.

Hypoth. 4.

Esto in tabula speciosa, in quinto, & in quartultimo latere, species O. a3r4: quam in quinto latere, præcedũt species, O. a2r4, O. ar4, O. r4: & esto tota t4, vnitate minùs ordinata, quàm sit latus quintum: & esto basis tertia multiplicium, vnitate minùs ordinata, quàm sit latus quartultimum; in qua basi sunt numeri 3, 3.

Dico O. a3r4, incrementum esse, O. 3a2r4 + O. 3ar4, + O. r4 + t4.

Demonst.

	O. 3a4r2 : O. 3a2r4.
	O. 3a4r : O. 3ar4.
p. h.	O. a4 : O. r4.
	O. 3a4r2 + O. 3a4r + O. a4 : O. 3a2r4 + O. 3ar4 + O. r4.
p. h.	Sed O. a4r3, & O. a3r4 æqualia sunt incremẽta: & est O. a4r3 incrementum O. 3a4r2 +
sup.	O. 3a4r + O. a4 + t4. Ergo etiam O. a3r4 incrementum est O. 3a2r4 + O. 3ar4 + O. r4 + t4. Quod &c.
	Quare &c.

Theor. 3. Prop. 3.

IN tabula speciosa, cuiusque numeri, in duobus quibusque lateribus, vna species, habet pro decremento, massas in vno latere præcedentes, multiplicatas per numeros

tabulæ multiplicium, in basi acceptos, vnitate minùs ordinata, quàm sit alterum latus: proximam quidem massam, & alternas aggregatas; reliquas verò subtractas. Sed si nullæ sunt præcedentes; quòd species in ipso latere sit prima: pro decremento, habet semitotam, vnitate minùs ordinatam, quàm sit alterum latus.

Hypoth. 1.

Esto in tabula speciosa, in quinto, & in quartultimo latere, species $O.a3r4$, quam præcedentes, in quartultimo latere, sunt species, $O.a3r3$, $O.a3r2$, $O.a3r$, $O.a3$: quartæ autem basis tabulæ multipliciũ sint numeri 4, 6, 4.

Dico speciei $O.a3r4$, decrementum esse $O.4a3r3 - O.6a3r2 + O.4a3r - O.a3$.

Demonstr.

Eædem abscissiones, quibus vnitas, binarius,
def. 19. h & deinceps abscinduntur, etiam semitotæ sunt abscissiones; præter vnam propriam totæ, qua ipsa abscinditur semitota, & vnitas relinquitur.

Quantum ad communes attinet abscissiones, cum eædem sint abscissæ, totæ, & semitotæ; non eædem sunt residuæ: cumque totæ residua sit r; semitotæ residua est $r - u$: & cum totæ residua
10. p. quarta, sit $r4$; semitotæ residua quarta est $r4 - 4r3 + 6r2 - 4r + u$: cum deniq; totæ triquarta sit $a3r4$; semitotæ triquarta est $a3r4 - 4a3r3 + 6a3r2 - 4a3r + a3$.

Quantum ad non communem attinet abscissionem, si resi-

resida vnitas, vnitate minuatur, profectò nihil remanet: eritque r quidem, vnitas; sed $r - u$, nihil: & erit $r4$, vnitas; sed $r4 - 4r3 + 6r2 - 4r + u$, nihil: & triquarta quidem totæ, erit $a3r4$; sed semitotæ alia vlterior quasi triquarta $a3r4 - 4a3r3 + 6a3r2 - 4a3r + a3$, nihil. Ideoque perinde est, proprias computare semitotę triquartas, pro communibus; atque vnam amplius adijcere triquartam nullam, pro non communi abscissione. Quare omnes triquartę, semitotę, sunt $O.a3r4 - O.4a3r3 + O.6a3r2 - O.4a3r + O.a3$; reuera pauciores, quàm ipsius totæ sunt abscissiones; sed perinde æquales, atque si totidem numerarentur. Totæ autem, triquartæ omnes, sunt $O.a3r4$; reuera totidem, quot sunt eius abscissiones. Et vtrarumque differentia, $O.4a3r3 - O.6a3r2 + O.4a3r - O\,a3$, est decrementũ speciei $O.a3r4$. Quod &c.

Hypoth. 2.

Esto in tabula speciosa, in quarto, & in quintultimo latere, species $O.a4r3$: quam præcedentes in quarto latere, sunt species, $O\,a3r3$, $O.a2r3$, $O\,ar3$, $O.r3$: quartæ autem basis tabulæ multiplicium, numeri sunt 4, 6, 4.

Dico speciei $O.a4r3$, decrementum esse $O.4a3r3 - O.6a2r3 + O.4ar3 - O.r3$.

Demonstr.

p. h. | $O.6a3r2 : O.6a2r3$.
| $O.4a3r : O.4ar3$.
| $O.a3 : O.r3$.
| $O.4a3r3 - O.6a3r2 + O.4a3r - O.a3 : O.$

$4a3r3 - O.6a2r3 + O.4ar3 - O.r3$.

p. h. sup. Sed $O.a3r4$, & $O.a4r3$, decrementa sunt æqualia: & est $O.a3r4$, decrementum $O.4a3r3 - 6a3r2 + O.4a3r - O.a3$: ergo etiam $O.a4r3$, decrementum est $O.4a3r3 - O.6a2r3 + O.4ar3 - O.r3$. Quod &c.

Hypoth. 3.

Esto in quartultimo latere, prima species $O.a3$: & esto semitota tertia $m3$.

Dico, decrementum $O.a3$, esse $m3$.

Demonstr.

Pro communibus enim totæ, & semitotæ abscissionibus, eædem vtrarumq; sunt abscissæ, & in proposita specie $O.a3$, residuæ nullæ: pro vlteriori verò abscissione, totæ propria, vltima est abscissa, vnitate minor, quàm tota, idest, semitota m: & vltima abscissa tertia, propria totæ, est $m3$. Quare speciei $O.a3$, decrementũ est $m3$. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 4. *Prop.* 4.

TOta quælibet, est æqualis, aggregatis omnibus minùs ordinatarum abscissarum speciebus, & vnitati, acceptis secundum numeros multiplices, in basi sibi æqueordinata iacentes.

Hypoth.

Esto tota quinta $t5$; qua minùs ordinatæ abscissæ, $a4$, $a3$, $a2$, a, u; quarum species, $O.a4$, $O.a3$, $O.a2$, $O.a$, $O.u$:

O.u: & esto basis quinta multiplicium, cuius numeri, 5, 10, 10, 5.

Dico *t5* : *O. 5a4* + *O. 10a3* + *O. 10a2* + *O. 5a* + *O. u* + *u*.

Demonstratio.

p. h. | O.*a5*, & O.*r5*, æqualia sunt incrementa: quorum alterum, *t5*; alterum, O. 5*a4* + O. 10*a3*
2. h. | + O. 10*a2* + O. 5*a* + O.*u* + *u*. Quòd &c. Quare &c.

Theor. 5. Prop. 5.

DEmonstrare, qualiter acceptis totis, quæque massa est æqualis.

Methodus Demonstrationis.

Oportet in demonstrando, procedere, à prioribus basibus tabulæ speciosæ, ad posteriores; & in singulis basibus, ab exterioribus speciebus, ad interiores.

Porrò in singulis basibus, pro prima, & vltima specie, vna est demonstratio; item pro secunda, & penultima; pro tertia, & tritultima. Nam, verbi gratia, secunda, qualiter acceptis totis demonstrabitur æqualis; taliter acceptis, æqualis erit etiã penultima: quia constat, secundam, & penulti-
p. h. | mam, esse æquales.

Sub hoc vno titulo, theoremata conueniunt innumerabilia: cum enim tabula speciosa, sit producibilis in infinitum, habet massas innumerabiles; ideſt, semper plures,

quàm

quàm quot quiſque aſſignauerit.

Vna tamen eſt omnium communis methodus demonſtrandi, & duo ſunt argumenta: vnum, ab æqualibus cuiuſdam ſpeciei incrementis; alterum ab æqualibus decrementis.

sup. $O.20a3$, maior est, quàm $5m4$.
sup. $O.30a2$ maior est, quàm $10m3$.
sup. $O.20a$, maior est, quàm $10m2$.

sup. | $O.5+5$, maior eſt, quàm $5m+u$.
Incrementum $O.5a4$, maius eſt incremento $m5$. Quod &c.

sup. | $O.20a3$, minor eſt, quàm $5q4$.
sup. | $O.30a2$, minor eſt, quàm $10q3$.
sup. | $O.20a$, minor eſt, quàm $10q2$.
sup. | $O.5+5$ minor eſt, quàm $5q+u$.
Incrementum $O.5a4$, minus eſt incremento $q5$. Quod &c.

26. b. | $O.5a4$, pro binario, maior eſt, quàm $m5$; minor, quàm $q5$.
$O.5a4$, pro ternario, & reliquis numeris, maior eſt, quàm $m5$; minor, quàm $q5$. Quod &c.

Dico $O.20a3r$, incrementum, maius eſſe incremento $m5$; minus incremento $q5$: & $O.20a3r$, maiorem eſſe, quàm $m5$; minorem, quàm $q5$.

Demonſtr.

2. b. | $O.20a3r$ incrementum, eſt $O.60a2r+O.60ar+O.20r+20t$.
8. p. | Incrementum $m5$, eſt $5m4+10m3+10m2+5m+u$.
8. p. | Incrementum $q5$, eſt $5q4+10q3+10q2+5q+u$.
sup. | $O.60a2r$, maior eſt, quàm $5m4$.
sup. | $O.60ar$, maior eſt, quàm $10m3$.
sup. | $O.20r$, maior eſt, quàm $10m2$.
$20t$, maior eſt, quàm $5m+u$.
Incrementum $O.20a3r$, maius eſt incremento $m5$. Quod &c.

O.60

sup.	O.60a2r, minor est, quàm 5q4.
sup.	O.60ar, minor est, quàm 10q3.
29. *h.*	O.20r+20t, minor est, quàm 10q2+5q+u.
	Incrementum O.20a3r, minus est incremento q5. Quod &c.
26. *h.*	O.20a3r, pro binario, maior est, quàm m5; minor, quàm q5.
	O:20a3r, pro ternario, & reliquis numeris, maior est, quàm m5; minor, quàm q5. Quod &c.

Dico O 30a2r2 incrementum, maius esse incremento m5; minus incremento q5: & O.30a2r2, maiorem esse, quàm m5; minorem, quàm q5.

Demonstr.

2. *h.*	Incrementum O.30a2r2, est O.60ar2+O.30r2+30t2.
8. *p.*	Incrementum m5, est 5m4+10m3+10m2+5m+u.
8. *p.*	Incrementum q5, est 5q4+10q3+10q2+5q+u.
sup.	O.60ar2, maior est, quàm 5m4.
sup.	O.30r2, maior est, quàm 10m3.
	O.30t2, maior est, quàm 10m2+5m+u.
	Incrementum O.30a2r2, maius est incremento m5. Quod &c.
sup.	O.60ar2, minor est, quàm 5q4.
29. *h.*	O.30r2+30t2, minor est, quàm 10q3.
	Incrementum O.30a2r2, minus est incremento q5. Quod &c.

26. h. O.30a2r2, pro binario, maior eſt, quàm *m*5; minor, quàm *q*5.
O.30a2r2, pro ternario, alioue quolibet numero, maior eſt, quàm *m*5; minor, quàm *q*5. Quod &c.

Similiter oſtendetur de omnibus quadratricibus in infinitum, hac ſemper methodo ſeruata.

Quare &c.

Theor. 31. *Prop*. 31.

QVælibet quadratrix eſt ęqualis ſemitotæ vnitate plus ordinatæ, additis, demptiſque ſemitotis, aliqualiter acceptis, non plus ordinatis, quàm ſit eius baſis. *Demonſtr*.

Patet inductione per 6.*h*.

22. *h*. Deinde ſic. Quælibet quadratrix, eſt æqualis totæ, vnitate plus ordinatæ, demptis, additiſq; aliqualiter acceptis totis, non plus ordinatis, quàm ſit eius baſis.
6. *h*. Tota verò vnitate plus ordinata, eſt æqualis ſemitotæ pariter ordinatæ, vnà cum ſemitotis non plus ordinatis, aliqualiter acceptis, & vnitate: & reliquæ totæ non plus ordinatæ, ſunt æquales ſemitotis, non plus ordinatis, aliqualiter acceptis, & vnitati.

Quare quælibet quadratrix eſt æqualis ſemitotæ vnitate plus ordinatæ additis &c.

Theor.

Theor. 32. Prop. 32.

QVælibet quadratrix est æqualis ſeſquitotæ, vnitate plus ordinatæ, demptis, additiſque ſeſquitotis, aliqualiter acceptis, non plus ordinatis, quàm ſit eius baſis.

Demonſtr.

Patet inductione per 7.*h*.

22. *h*. Deinde ſic. Quælibet quadratrix, eſt æqualis totæ, vnitate plus ordinatæ, demptis, additiſque aliqualiter acceptis totis, non plus ordinatis, quã ſit eius baſis. Tota verò, vnitate plus ordinata,
7. *h*. æqualis eſt ſeſquitotæ, pariter ordinatæ, demptis, additiſque alijs, acceptis aliqualiter ſeſquitotis non plus ordinatis:& reliquæ totæ non plus ordinatæ, ſunt ſeſquitotis additis, & ſubtractis, non plus ordinatis æquales. Ergo quælibet quadratrix, eſt æqualis ſeſquitotæ vnitate plus ordinatę, demptis, additiſque alijs, acceptis aliqualiter ſeſquitotis, non plus ordinatis, quam ſit eius baſis.

Theor. 33. Prop. 33.

QVælibet quadratrix media, eſt æqualis quadratrici, in eadem baſi, primæ, vna cum alijs primi lateris ſpeciebus, aliqualiter acceptis. Et ſubquadratrix, ſubquadratrici.

Demonſtr.

Patet inductione per 8.*h*.

22. h. Deinde ſic. Quælibet quadratrix, eſt æqualis totæ, vnitate plus ordinatæ, quàm ſit eius baſis, demptis, additiſue alijs totis, aliqualiter acceptis,
14. h. non plus ordinatis, quàm ſit eius baſis. Tota autẽ vnitate plus ordinata, eſt æqualis quadratrici primæ, in æqueordinata baſi iacenti, vna cum alijs ſpeciebus, in primo latere, in inferioribus baſibus, aliqualiter acceptis. Et reliquæ inferiores totæ, ſimiliter inferioribus quadratricibus, & ſpeciebus ſunt æquales, aliqualiter acceptis. Quare quælibet quadratrix media, eſt æqualis primæ, in eadem baſi, iacenti quadratrici, vnà cum alijs primi late-
2. p. ris ſpeciebus, aliqualiter acceptis. Et ſubquadratrix, ſubquadratrici.

Theor. 34. *Prop.* 34.

QVælibet quadratrix, eſt æqualis quadratrici, in eadem baſi, vicinæ, additis vtrimque totis, non plus ordinatis, quàm ſit ipſa baſis. Et ſubquadratrix, ſubquadratrici. *Demonſtr.*

Patet inductione per 9. *h.*

21. h. Deinde ſic. Quælibet quadratrix, eſt æqualis quadratrici, in eadem baſi, ſibi vicinæ, additis vtrimque alijs inferiorum baſiũ ſpeciebus, aliqualiter acceptis, & totis non plus ordinatis, quàm ſit
22. h. ipſa baſis. Sunt autem aliæ inferiorum baſium ſpecies, æquales totis, non plus ordinatis, quàm ſit ipſa

ipſa baſis, aliqualiter acceptis. Ergo quælibet quadratrix, eſt æqualis quadratrici, in eadem baſi, ſibi vicinę additis vtrimq; totis, nõ plus ordinatis quã
2. p. ſit ipſa baſis. Et ſubquadratrix ſubquadratrici.

Theorema 35. Prop. 35.

QVælibet quadratrix, eſt æqualis quadratrici, in eadem baſi, ſibi vicinæ, additis vtrimque ſemitotis, non plus ordinatis, quàm ſit ipſa baſis. Et ſubquadratrix, ſubquadratrici.

Demonſtr.

Patet inductione per 10. *h.*

34. *h.* Deinde ſic. Quælibet quadratrix eſt æqualis quadratrici, in eadẽ baſi, ſibi vicinę, additis vtrimq;
6. *h.* totis non plus ordinatis, quàm ſit ipſa baſis. Totæ autem non plus ordinatæ, ſemitotis non plus ordinatis, acceptis aliqualiter, ſunt æquales. Ergo quælibet quadratrix eſt æqualis quadratrici in eadem baſi ſibi vicinæ, additis vtrimque ſemitotis,
2. *p.* non plus ordinatis, quàm ſit ipſa baſis. Et ſubquadratrix, ſubquadratrici.

Theor. 36. Prop. 36.

QVælibet quadratrix, eſt æqualis quadratrici, in eadem baſi, ſibi vicinæ, additis vtrimque ſeſquitotis, non plus ordinatis, quàm ſit ipſa baſis. Et ſubquadratrix, ſubquadratrici.

De-

Demonſtr.

Patet inductione per 11.*h*.

34. *h*. Deinde ſic. Quælibet quadratrix eſt æqualis quadratrici, in eadem baſi, ſibi vicinæ, additis vtrimque totis, non plus ordinatis, quàm ſit ipſa
7. *h*. baſis. Totæ autem, non plus ordinatæ, ſeſquitotis, non plus ordinatis, acceptis aliqualiter, ſunt æquales. Ergo quælibet quadratrix, eſt æqualis quadratrici, in eadẽ baſi, ſibi vicinæ, additis vtrimque totis, non plus ordinatis, quàm ſit ipſa baſis.
2. *p*. Et ſubquadratrix, ſubquadratrici.

Theor. 37. *Prop.* 37.

QVælibet quadratrix, eſt æqualis quadratrici, ſibi, in eadem baſi, vicinæ, additis vtrimque primi lateris ſpeciebus, inferiorum baſium. Et ſubquadratrix, ſubquadratrici. *Demonſtr.*

Patet inductione per 12.*h*.

34. *h*. Deinde ſic. Quælibet quadratrix, eſt æqualis quadratrici, ſibi, in eadẽ baſi vicinę, additis vtrimq; totis, nõ plus ordinatis, quàm ſit ipſa baſis, aliqua-
14. *h*. liter acceptis. quæ totę, ſunt æquales ſpeciebus inferiorũ baſium, primi lateris, aliqualiter acceptis. Ergo quælibet quadratrix, eſt æqualis quadratrici ſibi in eadem baſi vicinæ, additis vtrimq; primi la-
2. *p*. teris ſpeciebus, inferiorum baſium. Et ſubquadratrix, ſubquadratrici.

Pe-



Petrus Mengolus, Illustrissimo D. Fabio Alamandino, Nobili Bononiensi, Domino suo maximè recolendo, beatè viuere.



E quasi proportionibus, inauditum hucusque Geometricum elementum, ad theoremata, cæteroqui difficillima, facili negotio soluenda, cum instituerim: ex ijs, qui meam scholam frequentarunt, præter te, Iuuenis Illustrissime, neminem habeo satis dispositum; qui rem subtilissimam valeat intelligere. Cumque verear, si forte possit intelligi, quod legendum omnibus propono; nisi prius ipse oretenus, alicui eius doctrinæ satis capaci, meam sententiam explicuerim: apud te precator accessi; vt dignareris (licet vacationum tempore admodum necessario) ruralibus partim delicijs, partim negotijs quidquam detrahere; priuatisque meis lucubrationibus auditor interuenire. Pro tua benignitate statim, quod postulabam, im-

pleuisti: & concessum tibi diuinitus intellectum subtilissimum, inuentis meis, ea intentione adhibuisti; vt & me ipsum inuentorem, & prælectorem, in plurimis etiam præuenires. Plurimas itaque tibi primùm gratias profiteor: quod tàm humiliter, & liberaliter, me de studijs meis priuatis tecum patiaris communicare. Deinde illas easdem lucubrationes, vnà cum alijs præcedentium elementorum, pleniùs tractatas, prælegendas offero, scriptis præsentibus; antequam totum opus publici iuris esse incipiat: non quasi gratiam redditurus; sed in mei erga te obsequij monimentum.

Vale.




GEO-



GEOMETRIÆ SPECIOSÆ

ELEMENTVM TERTIVM.

DEFINITIONES.



1. RAtio indeterminata determinabilis, quæ in determinari, poteſt eſſe maior, quam data, quælibet, quatenus ita determinabilis, dicetur Quaſi infinita.

2. Et quæ poteſt eſſe minor, quàm data quælibet, quatenus ita determinabilis, dicetur, Quaſi nulla.

3. Et quæ poteſt eſſe minor, quàm data quælibet maior inæqualitas; & maior, quàm data quælibet minor inæqualitas, quatenus ita determinabilis, dicetur, Quaſi æqualitas. Vel aliter. quæ poteſt eſſe propior æqualitati, quàm data quælibet non æqualitas, quatenus talis, dicetur, Quaſi æqualitas.

4. Et quæ poteſt eſſe minor, quàm data quælibet maior, propoſitâ quadam ratione; & maior, quàm data quælibet minor, propoſitâ eâdem ratione, quatenus ita determina-

minabilis, dicetur, Quaſi eadem ratio. Vel aliter. quæ poteſt eſſe propior cuidam propoſitæ rationi, quàm data quælibet alia non eadem, quatenus talis, dicetur, Quaſi eadem.

5. Et rationum quaſi earundem inter ſe, termini dicentur, Quaſi proportionales.

6. Et quaſi æqualitatum, dicentur, Quaſi æquales.



Theor. 1. Prop. 1.

INæqualium rationum maior, permutando, eſt maior item componendo, & diuidendo, eſt maior.

Demonſtr.

def. 8.5. Maioris enim rationis antecedens, maior eſt, quàm proportionalis, cum reliquis terminis: & dempta quantitate, vt proportionalis relinquatur;
2. *p.* permutando, & componendo, & diuidendo, pro-
8.5. portionalis erit, & antecedens; eãdemq reſtituta quantitate, erit antecedens maior, quàm proportionalis, permutatæ, aut compoſitæ, aut diuiſæ proportionalitatis. Quod &c.

Quare &c.

Theorema 2. Prop. 2.

INæqualium rationum maior, conuertendo, eſt minor.

Demonſtr.

def. 8.5. Nam maioris rationis conſequens eſt minor, quàm proportionalis, cum reliquis terminis: factuſque conuertendo antecedens, adhuc eſt minor, quàm proportionalis, cum reliquis terminis. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 3. Prop. 3.

INæqualium rationum maior, per conuerſionem rationis, eſt minor.

Hypoth.

a; *b*: maior, quàm *c*; *d*.
a: maior, quàm *b*.
c: maior, quàm *d*.
Dico *a*; *a*---*b*: minorem esse, quàm *c*; *c*---*d*.

Demonst.

hyp.	*a*; *b*: maior, quàm *c*; *d*.
p. h.	*a*---*b*; *b*: maior, quàm *c*---*d*; *d*.
2. h.	*b*; *a*---*b*: minor, quàm *d*; *c*---*d*.
p. h.	*a*; *a*---*b*: minor, quàm *c*; *c*---*d*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 4. Prop. 4.

EX maioribus rationibus, ex æquali, maior est ratio composita: & ex minoribus, minor.

Hypoth.

a; *b*: maior, quàm *c*; *d*.
e; *f*: maior, quàm *g*; *h*.
Dico *a*; *b*,+*e*: *f*: maiorem esse, quàm *c*; *d*,+*g*; *h*.

Præpar.

a; *b*: *i*; *d*.
e; *f*: *d*; *l*.
g; *h*: *d*; *m*.

Demonstr.

constr.	*a*; *b*: *i*; *d*.
hypoth.	*a*; *b*: maior, quàm *c*; *d*.
13. 5.	*i*; *d*: maior, quàm *c*; *d*.

i: ma-

10. 5.	*i*: maior, quàm *c*.
conſtr.	*e*; *f*: *d*; *l*.
hypoth.	*e*; *f*: maior, quàm *g*; *h*.
23. 5.	*d*; *l*: maior, quàm *g*; *h*.
conſtr.	*g*; *h*: *d*; *m*.
13. 5.	*d*; *l*: maior, quàm *d*; *m*.
10. 5.	*l*: minor, quàm *m*.
8. 5.	*i*: *l*: maior, quàm *c*; *m*.
p. p.	*a*; *b*,+*e*; *f*: *i*; *d*,+*d*; *l*: *i*; *l*.
p. p.	*c*; *d*,+*g*; *h*: *c*; *d*,+*d*; *m*: *c*; *m*.
	a; *b*,+*e*; *f*: maior, quàm *c*; *d*,+*g*; *h*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 5. Prop. 5.

MAioris inæqualitatis plus multiplicata ratio, maior eſt, quàm minùs: & minoris, minor.

Hypoth.

	a: maior, quàm *b*.
3. p.	*a3*; *b3*: triplicata *a*; *b*.
3. p.	*a2*; *b2*: duplicata *a*; *b*.

Dico *a3*; *b3*: maiorem, quàm *a2*; *b2*.

Et *b3*; *a3*: minorem, quàm *b2*. *a2*.

Demonſtr.

def. 6. p.	*a3*; *a2*: *a*; *u*.
def. 6. p.	*b3*; *b2*: *b*; *u*.
8. 5.	*a*; *u*: maior, quàm *b*; *u*.
13. 5.	*a3*; *a2*: maior, quàm *b3*; *b2*.

a3;

p. h. | $a3$; $b3$: maior, quàm $a2$; $b2$. Quod &c.
2. h. | $b3$; $a3$: minor, quàm $b2$; $a2$. Quod &c.
Quare &c.

Theor. 6. Prop. 6.

SI prima ad ſecundam, maiorem habuerit rationem, quàm tertia ad quartam: etiam æqueproportionales cum prima, & tertia, ad æqueproportionales cum ſecunda, & quarta, maiorem habebunt rationem, ſi prout ſibi reſpondent, ita ſumantur.

Hypoth.

a; b: maior, quàm c; d.
a; c: e; f.
b; d: g; h.
Dico e; g: maiorem eſſe, quàm f; h.

Demonſtr.

hypoth. | a; b: maior, quàm c; d.
p. h. | a; c: maior, quàm b; d.
13. 5. | e; f: maior, quàm g; h.
p. h. | e; g: maior, quàm f; h. Quod &c.
Quare &c.

Theor. 7. Prop. 7.

RAtio quaſi infinita, conuertendo, eſt quaſi nulla.

Hypoth.

Eſto ratio A ad B, quaſi infinita.
Dico conuertendo, B ad A, eſſe quaſi nullam.

Præ-

Præpar.

Aſſumatur quælibet ratio *c* ad *d*.

Demonſtr.

def.1.h. | Ratio *A* ad *B*, maior poteſt eſſe, quàm *d* ad *c*:
2. h. | Ergo conuertendo, *B* ad *A*, minor poteſt eſſe, quàm *c* ad *d*. Ergo *B* ad *A*, eſt ratio quaſi nulla.
def.2.h. | Quod &c.

Quare &c.

Theor. 8. Propoſ. 8.

RAtio quaſi infinita, componendo, eſt quaſi infinita: item diuidendo, eſt quaſi infinita.

Hypoth.

Eſto ratio *A* ad *B*, quaſi infinita.

Dico componendo *A*+*B* ad *B*, eſſe quaſi infinitam.

Præpar.

Aſſumatur quælibet ratio *c* ad *d*: quod ſi *c*, eſt maior, quàm *d*; ſit exceſſus *e*.

Demonſtr.

8. 5. | Si quidem *c* eſt æqualis, vel minor, quàm *d*: patet, quod *A*+*B* ad *B*, maior poteſt eſſe, quàm *c* ad *d*. Quòd ſi *c* eſt maior, quàm *d*: quoniam
def. 1. | *A* ad B, maior poteſt eſſe, quàm *e* ad *d*: ergo
p. h. | componendo, *A*+*B* ad *B*, maior poteſt eſſe, quàm *e*+*d* ad *d*: ſed *e*+*d* eſt *c*: ergo *A*+*B* ad *B*, ma-
præpar. | ior poteſt eſſe, quàm *c* ad *d*. Ergo *A*+*B* ad *B*,
def. 1. | ratio eſt quaſi infinita. Quod &c.

Dico

Dico diuidendo $A - B$ ad B, rationem esse quasi infinitam.

Demonstr.

def. 1. | Ratio A ad B, potest esse maior, quàm $c+d$ ad d:
p. h. | Ergo diuidendo $A - B$ ad B, potest esse maior,
def. 1. | quàm c ad d. Ergo $A - B$ ad B, ratio est quasi infinita. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 9. Pro. 9.

Ratio quasi infinita, per conuersionem rationis, est quasi æqualitas.

Hypoth.

Esto ratio A ad B, quasi infinita.

Dico, per conuersionem rationis, A ad $A - B$, esse quasi æqualitatem.

Præpar.

Assumatur quælibet ratio non æqualitas, cuius maior terminus c, minor d.

Demonstr.

def. 1. h. | Ratio A ad B, potest maior esse, quàm c ad
3. h. | $c - d$: ergo, per conuersionem rationis, A ad $A - B$, potest minor esse, quàm c ad d: & est maior æqualitate: ergo A ad $A - B$, est propior
def. 3. h. | æqualitati, quàm sit proposita ratio c ad d: ergo ratio A ad $A - B$, est quasi æqualitas. Quod &c.

Quare &c.

Theor.

Theor. 10. *Prop.* 10.

RAtio quaſi nulla, conuertendo, eſt quaſi infinita.

Hypoth.

Eſto ratio *A* ad *B*, quaſi nulla.

Dico conuertendo, rationem *B* ad *A*, eſſe quaſi infinitam.

Præpar.

Aſſumatur quælibet ratio *c* ad *d*.

Demonſtr.

def. 2. *h.* | Ratio *A* ad *B*, minor poteſt eſſe, quàm *d* ad
2. *h.* | *c*: ergo conuertendo, ratio *B* ad *A*, maior poteſt
def. 1. *h.* | eſſe, quàm *c* ad *d*: ergo ratio *B* ad *A*, eſt quaſi
| infinita. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 11. *Prop.* 11.

RAtio quaſi nulla, componendo, eſt quaſi æqualitas.

Hypoth.

Eſto ratio *A* ad *B*, quaſi nulla.

Dico componendo, rationem *A+B* ad *B*, eſſe quaſi æqualitatem.

Præpar.

Aſſumatur quælibet ratio *c* ad *d*, non æqualitas; cuius maior terminus *c*, minor *d*.

Demonſtr.

def. 2. *h.* | Ratio *A* ad *B*, poteſt minor eſſe, quam *c*—*d*
3. *h.* | ad *d*: ergo conuertendo, *B* ad *A*, poteſt maior
p. *h.* | eſſe, quam *d* ad *c*—*d*: ergo componendo *A+B*

3. h. ad A, potest maior esse, quàm c ad c--- d: ergo per conuersionem rationis $A+B$ ad B potest minor esse, quàm c ad d: & est maior æqualitate: ergo
def.3.h. $A+B$ ad B, est propior æqualitati, quàm c ad d: ergo $A+B$ ad B, est quasi æqualitas. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 12. *Prop.* 12.

EX rationibus quasi infinitis, ex æquali, quasi infinitæ sunt rationes compositæ.

Hypoth.

A ad B, & C ad D, sunto rationes quasi infinitæ.

Dico ex æquali, ex A ad B, & C ad D compositam, esse quasi infinitam.

Præpar.

Assumatur e ad f. ratio quælibet.

Demonstr.

Quoniam A ad B, & C ad D, sunt rationes
def.1.h. quasi infinitæ: posunt esse A ad B, maior, quàm
4. h. e ad f; & C ad D, maior æqualitate. Quare & vtrisque A ad B, & C ad D, composita ratio, potest esse maior, quàm ex e ad f, & ex
7. 5. æqualitate, composita; idest, quàm ipsa e ad f
def.1.h. ratio. Quare ex vtrisque A ad B, & C ad D, composita ratio est quasi infinita. Quod &c.

Quare &c.

Theor.

Theor. 13. Prop. 13.

EX rationibus quaſi nullis, ex æquali, quaſi nullæ ſunt rationes compoſitæ.

Hypoth.

A ad *B*, & *C* ad *D*, ſunto rationes quaſi nullæ.

Dico ex æquali, ex *A* ad *B*, & *C* ad *D* rationem compoſitam, eſſe quaſi nullam.

Præpar.

Aſſumatur quælibet ratio *e* ad *f*.

Demonſtr.

Quoniam *A* ad *B*, & *C* ad *D* ſunt rationes
def.2.h. quaſi nullæ, poſſunt eſſe, *A* ad *B*, minor, quàm *e* ad *f*: & *C* ad *D*, minor æqualitate. Quare
4. h. ex vtriſque *A* ad *B*, & *C* ad *D*, compoſita ratio, poteſt eſſe minor, quàm ex vtriſque *e* ad *f*,
7. 5. & ex æqualitate compoſita; ideſt, quàm ipſa *e* ad *f*. Quare ex vtriſque *A* ad *B*, & *C* ad *D*, com-
def.2.h. poſita ratio eſt quaſi nulla. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 14. Prop. 14.

RAtio quaſi æqualitas, conuertendo, eſt quaſi æqualitas.

Hypoth.

Eſto ratio *A* ad *B*, quaſi æqualitas.

Dico conuertendo, *B* ad *A*, quaſi æqualitatem eſſe.

Præpar.

Aſſumantur duæ quælibet rationes, *c* ad *d*, maior æqualitate: & *e* ad *f*, minor.

Demonſtr.

Quoniam ratio *c* ad *d*, eſt maior æqualitate;
2. *h.* ergo conuertendo, *d* ad *c*, eſt minor æqualitate:
2. *h.* & quoniam *e* ad *f*, eſt minor æqualitate; ergo
hypoth. conuertendo *f* ad *e*, eſt maior æqualitate. Et
def.3.h. quoniam *A* ad *B*, eſt quaſi æqualitas: ergo poteſt *A* ad *B*, maior eſſe, quàm *d* ad *c*, & minor,
2. *h.* quàm *f* ad *e*: ergo conuertendo poteſt *B* ad *A*, minor eſſe, quàm *c* ad *d*, & maior, quàm *e* ad *f*.
def 3.h. Ergo *B* ad *A*, eſt quaſi æqualitas. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 15. Prop. 15.

RAtio quaſi æqualitas, componendo, eſt quaſi dupla.

Hypoth.

Eſto ratio *A* ad *B*, quaſi æqualitas.

Dico componendo *A*+*B* ad *B*, eſſe quaſi duplam.

Præpar.

Aſſumãtur duæ quælibet rationes *c* ad *d*, maior, quàm dupla: & *e* ad *f*, maior quidem æqualitate, ſed minor, quàm dupla.

Demonſtr.

conſtr. Quoniam *c* ad *d*, eſt maior, quàm dupla,
p. h. diuidendo, *c*—*d* ad *d*, eſt maior æqualitate: & quo-

constr. quoniam *e* ad *f*, est maior æqualitate, sed minor, quàm dupla; diuidẽdo, *e* --- *f* ad *f*, est minor
p.h.
def. 3.h. æqualitate. Et quoniam *A* ad *B*, est quasi æqualitas; potest *A* ad *B*, minor esse, quàm *c* --- *d* ad
p.h. *d*; & maior, quàm *e* --- *f* ad *f*. Ergo componendo, potest *A*+*B* ad *B*, minor esse, quàm *c* ad
def.4.h. *d*; & maior, quàm *e* ad *f*. Ergo *A*+*B* ad *B*, est quasi dupla. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 16. Prop. 16.

RAtio quasi æqualitas, diuidendo, est quasi nulla.

Hypoth.

Esto ratio *A* ad *B* quasi æqualitas: & esto *A* maior, quàm *B*.

Dico diuidendo *A* --- *B* ad *B*, esse quasi nullam.

Præpar.

Assumatur quælibet ratio *c* ad *d*.

Demonstr.

hyp. Quoniam *A* ad *B*, est quasi æqualitas; & est *A* maior, quàm *B*; & *c*+*d* maior, quàm *d*: ergo
def.3.h. potest *A* ad *B* ratio, minor esse, quàm *c*+*d* ad
p. h. *d*: ergo diuidendo potest *A* --- *B* ad *B* ratio, mi-
def.3.h. nor esse, quàm *c* ad *d*: ergo *A* --- *B* ad *B*, ratio est quasi nulla. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 17. Prop. 17.

RAtio quaſi æqualitas, per conuerſionem rationis eſt quaſi infinita.

Hypoth.

Eſto ratio quaſi æqualitas *A* ad *B*: & eſto *A* maior, quàm *B*.

Dico, per conuerſionem rationis, *A* ad *A*---*B*, rationem eſſe quaſi infinitam.

Præpar.

Aſſumatur quælibet ratio maioris inæqualitatis *c* ad *d*.

Demonſtr.

hyp. | Quoniam *A* ad *B*, eſt quaſi æqualitas; & eſt *A*
def.3.h. | maior, quàm *B*; item *c* maior, quàm *c*---*d*: ergo
3.h. | go ratio *A* ad *B*, poteſt minor eſſe, quàm *c* ad *c*---*d*: ergo per conuerſionem rationis, *A* ad *A*---*B* ratio, poteſt maior eſſe, quàm *c* ad *d*: & eſt maior omnibus, tùm æqualitatis, tùm minoris
def.p.h. | inæqualitatis rationibus: ergo *A* ad *A*---*B* ratio eſt quaſi infinita. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 18. Prop. 18.

QVæ eidem ſunt quaſi æqualia, inter ſe ſunt quaſi æqualia.

Hypoth.

Sunt *A*, *B*, quaſi æqualia: item *B*, *C*, quaſi æqualia.
Dico *A*, *C*, quaſi æqualia eſſe.

Præ-

Præpar.

Assumatur quælibet ratio *d* ad *e*, non æqualitas: cuius maior terminus *d*, minor *e*. & inter *d*, *e*, media sumatur *f*.

Demonstr.

def.3.h. Quoniam *A*, *B*, sunt quasi æqualia, potest *A* ad *B*, minus esse, quàm *d* ad *f*: & maius, quàm *f* ad *d*. Item *B* ad *C* potest minus esse, quàm *f* ad *e*, & maius, quàm *e* ad *f*. Ergo ex æquali, potest *A* ad *C* minus esse, quàm *d* ad *e*; & maius, quàm *e* ad *d*, ergo *A* ad *C*, quasi est æqualis. Quod &c.

4. h.

def.3.h.

Quare &c.

Theor. 19. *Propos.* 19.

Quæ eidem sunt quasi eędem rationes, inter se sunt quasi eędem.

Hypoth.

A ad *B*, quasi eadem est, quæ *C* ad *D*: & *C* ad *D*, quasi eadem, quæ *E* ad *F*.

Dico *A* ad *B*, quasi eamdem esse quæ *E* ad *F*.

Præpar.

Assumatur quælibet ratio *g* ad *h*, maior, quàm cui propior potest esse *E* ad *F*: & quælibet *i* ad *l*, minor.

Demonstr.

def.4.h. Quoniam *C* ad *D*, quasi eadem est, quæ *E* ad *F*: potest *C* ad *D*, minor esse, quàm *g* ad *h*; & maior, quàm *i* ad *l*. Ergo *g* ad *h*, maior est,

2. h.

quàm

quàm cui propior poteſt eſſe *C* ad *D*; & *i* ad *l*,
def.4.h. minor. Et quoniam *A* ad *B*, quaſi eſt eadem, quæ *C*. ad *D*: ergo *A* ad *B*, poteſt eſſe minor,
conſtr. quàm *g* ad *h*; & maior, quàm *i* ad *l*. Sed *g* ad *h* eſt quælibet aſſumpta, maior, quàm cui propior poteſt eſſe *E* ad *F*; & *i* ad *l*, eſt quælibet
def.4.h. aſſumpta, minor: ergo *A* ad *B*, eſt quaſi eadem, quæ *E* ad *F*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 20. Prop. 20.

QVaſi proportionales, conuertendo, ſunt quaſi proportionales.

Hypoth.

Sint quaſi proportionales *A* ad *B*, vt *C* ad *D*.

Dico conuertendo, quaſi proportionales eſſe *B* ad *A*, vt *D* ad *C*.

Præpar.

Sumatur quælibet *e* ad *f*, maior, quàm cui propior poteſt eſſe *D* ad *C*: & quælibet *g* ad *h*,
2. h. minor: & erit conuertendo, ſumpta *f* ad *e*, minor, quàm cui propior poteſt eſſe *C* ad *D*; & *h* ad *g*, maior.

Demonſtr.

hypoth. Quoniam *A* ad *B*, quaſi eſt eadem, quæ *C*
def.4.h. ad *D*: ergo *A* ad *B*, poteſt eſſe minor, quàm *h*
2. h. ad *g*; & maior, quàm *f* ad *e*: ergo conuertendo,

do, *B* ad *A*, poteſt eſſe maior, quàm *g* ad *h*; & minor, quàm *e* ad *f*: ergo *B* ad *A*, quaſi eadem eſt, quæ *D* ad *C*. Quod &c. *def.4.h.*

Quare &c.

Theor. 21. Prop. 21.

EX quaſi ijſdem rationibus, ex æquali, quaſi eędem ſunt rationes compoſitæ.

Hypoth.

A	*B*		*C*	*D*
E	*F*		*G*	*H*
i	*n*	*r*	*p*	*k*
l	*o*	*s*	*q*	*m*

A ad *B*, quaſi eadem ratio eſt, quæ *C* ad *D*: & *E* ad *F*, quaſi eadem, quæ *G* ad *H*.

Dico ex æquali, ex *A* ad *B*, & *E* ad *F* compoſitam, quaſi eamdem eſſe, quæ ex *C* ad *D*, & *G* ad *H* compoſita.

Præpar.

Aſſumatur *i* ad *k*, quælibet ratio maior, quàm cui propior poteſt eſſe, ex *C* ad *D*, & *G* ad *H* compoſita: item aſſumatur quælibet *l* ad *m*, minor. Deinde fiant *i* ad *n*, & *l* ad *o*, ſicut cui propior poteſt eſſe *C* ad *D*: item *p* ad *k*, & *q* ad *m*, ſicut cui propior poteſt eſſe *G* ad *H*. Denique ſumatur inter *n*, *p*, media quælibet quantitas *r*: & inter *o*, *q*, media quælibet *s*.

Demonstr.

constr. Quoniam *i* ad *k*, maior est, quàm cui propior potest esse, ex *C* ad *D*, & *G* ad *H* composita; & est *i* ad *n*, cui propior potest esse *C* ad *D*, &
4. h. *p* ad *k*, cui propior potest esse *G* ad *H*: ergo *i* ad *k*, maior est, quàm, quæ ex *i* ad *n*, & ex *p* ad k, composita. Ergo *n*, maior est, quàm *p*. Si
p. h. enim *n*, esset æqualis ipsi *p*: ex *i* ad *n*, & ex æqualitate, & ex *p* ad *k*, cōposita ratio *i* ad *k*, esset eadem, quæ ex ea, cui propior potest esse *C* ad *D*, ex æqualitate, & ex ea, cui propior potest esse *G*
4. h. ad *H*, composita est; contra assumptum. Quod si *n*, essent minor, quàm *p*: ex *i* ad *n*, & minori inæqualitate, & *p* ad *k*, composita ratio *i* ad k, esset minor, quàm quæ ex ea, cui propior potest esse *C* ad *D*, ex æqualitate, & ex ea, cui propior potest esse *G* ad *H*, composita est; contra idem assumptum.

constr. Ergo *n*, maior est, quàm *p*: & *r*, minor, quàm
8. 5. *n*; & maior quàm *p*: habetque *i* ad *r*, maiorem rationem, quàm *i* ad *n*; idest maiorem, quàm,
8. 5. cui propior potest esse *C* ad *D*: habet quoque *r* ad k, maiorem, quàm *p* ad k; idest, maiorem, quàm, cui propior potest esse *G* ad *H*.

constr. Similiter, quoniam *l* ad *m*, minor est, quàm cui propior potest esse ex *C* ad *D*, & *G* ad *H* composita: & est *l* ad *o*, eadem, cui propior po-
4. h. test esse *C* ad *D*: & *q* ad *m*, eadem, cui pro-

pior

A	*B*		*C*	*D*
E	*F*		*G*	*H*
i	*n*	*r*	*p*	*k*
t	*o*	*s*	*q*	*m*

4. h. pior poteſt eſſe *G* ad *H*: ergo *l* ad *m*, minor eſt, quàm quæ eſt ex *l* ad *o*, & *q* ad *m* compoſita. Ergo *o*, minor eſt, quàm *q*. demonſtrari enim poteſt vt ſupra, quod ſi *o*, eſſet æqualis, vel *p. h.* maior, quàm *q*: eſſet *l* ad *m* ratio non minor, *4. h.* quàm cui propior poteſt eſſe, ex *C* ad *D*, & *G* ad *H* compoſita; contra aſſumptum.

conſtr. Cum itaque *o*, ſit minor, quàm *q*: erit *s*, ma- *8. 5.* ior, quàm *o*; minor, quàm *q*: habetque *l* ad *s*, minorem rationem, quàm *l* ad *o*; ideſt, minorem, *8. 5.* quàm, cui propior poteſt eſſe *C* ad *D*. habet quoque *s* ad *m*, minorem rationem, quàm *q* ad *m*: ideſt, minorem, quàm, cui propior poteſt eſſe *G* ad *H*.

ſup. Itaque *i* ad *r*, maior eſt, quàm, cui propior *hyp.* poteſt eſſe *C* ad *D*: & *l* ad *s*, minor. Sed *A* ad *def. 4. h.* *B*, quaſi eadem eſt, quæ *C* ad *D*: ergo *A* ad *B*, poteſt eſſe minor, quàm *i* ad *r*, & maior, quàm *ſup.* *l* ad *s*. Similiter *r* ad k maior eſt, quàm, cui pro- *hypoth.* pior poteſt eſſe *G* ad *H*; & *s* ad *m*, minor: & eſt *def. 4. h.* *E* ad *F*, quaſi eadem, quæ *G* ad *H*: ergo *E* ad *F* poteſt eſſe minor, quàm *r* ad k; & maior, *4. h.* quàm *s* ad *m*. Ergo ex æquali, poteſt ex *A* ad *B*,

A	*B*		*C*	*D*
E	*F*		*G*	*H*
i	*n*	*r*	*p*	*k*
l	*o*	*s*	*q*	*m*

& *E* ad *F* composita, minor esse, quàm, quæ ex *i* ad *r*, & *r* ad k, componitur, *i* ad k; & maior, quàm, quæ ex *l* ad *s*, & *s* ad *m*, compo-
constr. nitur, *l* ad *m*. Est autem *i* ad k, sumpta quælibet maior, quàm cui propior potest esse composita ex *C* ad *D*, & *G* ad *H*; & *l* ad *m*, minor.
def.4.h. Ergo composita ex *A* ad *B*, & *E* ad *F*, quasi eadem est, quæ composita ex *C* ad *D*, & *G* ad *H*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 22. Prop. 22.

QVasi proportionales, permutando, sunt quasi proportionales. *Hypoth.*

Sint quasi proportionales *A* ad *B*, vt *C* ad *D*.

Dico permutando, quasi proportionales esse *A* ad *C*, vt *B* ad *D*. *Demonstr.*

hypoth. Sunt enim quasi eędem rationes *A* ad *B*, & *B*
21. h. ad *C*; quæ *B* ad *C*, & *C* ad *D*: ergo ex æquali, *A* ad *C*, & *B* ad *D*, rationes compositę sunt qua-
def.5.h. si eædem: Ergo *A* ad *C*, & *B* ad *D*, sunt quasi proportionales. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 23. *Prop.* 23.

RAtiones quasi eædem, componendo, sunt quasi eædem.

Hypoth.

A ad *B*, quasi eadem esto, quæ *C* ad *D*.

Dico componendo *A*+*B* ad *B*, quasi eandem esse, quæ *C*+*D* ad *D*.

Præpar.

Assumatur *e* ad *f*, quælibet ratio maior, quàm cui propior potest esse *C*+*D* ad *D*: itẽ *g* ad *h*, quælibet maioris inæqualitatis, sed minor.

Demonstr.

constr. | Quoniam *e* ad *f*, maior est, quàm cui propior
p. h. | potest esse *C*+*D* ad *D*: diuidendo, *e*---*f* ad *f*,
| maior est, quàm cui propior potest esse *C* ad *D*.
constr. | Item quoniam *g* ad *h*, minor est, quàm cui pro-
p. h. | pior potest esse *C*+*D* ad *D*: diuidendo *g*---*h* ad
| *h* minor est, quàm cui propior potest esse *C* ad *D*.
hypoth. | Sed *A* ad *B*, quasi eadem est, quæ *C* ad *D*: er-
def.4.h. | go *A* ad *B*, potest esse minor, quàm *e*---*f* ad *f*; &
p. h. | maior, quàm *g*---*h* ad *h*. Ergo componendo
| *A*+*B* ad *B* potest esse minor, quàm *e* ad *f*; &
def.4.h. | maior, quàm *g* ad *h*. Ergo *A*+*B* ad *B*, quasi
| eadem est, quæ *C*+*D* ad *D*. Quod &c.

Quare &c.

Theor.

Theor. 24. Prop. 24.

RAtiones quaſi eædem, diuidendo, ſunt quaſi eædem.

Hypoth.

Sint rationes quaſi eædem *A* ad *B*, & *C* ad *D*.

Dico diuidendo, quaſi eaſdem eſſe rationes *A*--*B* ad *B*, & *C*--*D* ad *D*.

Præpar.

Aſſumatur *e* ad *f*, quęlibet ratio maior, quàm cui propior poteſt eſſe *C*--*D* ad *D*: & aſſumatur *g* ad *h*, quælibet minor.

Demonſtr.

conſtr. Quoniam *e* ad *f*, maior eſt, quàm, cui propior
p. h. poteſt eſſe *C*--*D* ad *D*; & *g* ad *h*, minor: ergo componendo *e*+*f* ad *f*, maior eſt, quàm cui propior poteſt eſſe *C* ad *D*; & *g*+*h* ad *h*, minor.
hyp. Sed *A* ad *B*, quaſi eadem eſt, quæ *C* ad *D*: er-
def.4.h. go *A* ad *B* poteſt minor eſſe, quàm *e*+*f* ad *f*; &
p. h. maior, quàm *g*+*h* ad *h*. Ergo diuidendo *A*--*B* ad *B*, poteſt minor eſſe, quàm *e* ad *f*; & maior,
def.4.h. quàm *g* ad *h*. Ergo *A*--*B* ad *B*, quaſi eadem eſt, quæ *C*--*D* ad *D*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 25. Prop. 25.

RAtiones quaſi eędem, per conuerſionem rationis, ſunt quaſi eędem.

Hypoth.

Hypoth.

Sint rationes quaſi eædem, *A* ad *B*, & *C* ad *D*.

Dico per conuerſionem rationis, quaſi eaſdem eſſe rationes *A* ad *A*---*B*, & *C* ad *C*---*D*.

Demonſtr.

hyp.	*A*; *B*: quaſi *C*: *D*.
24. *h.*	*A*---*B*; *B*: quaſi *C*---*D*; *D*.
20. *h.*	*B*; *A*---*B*: quaſi *D*; *C*---*D*.
21. *h.*	*A*; *A*---*B*: quaſi *C*; *C*---*D*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 26. Propoſ. 26.

SI quotcunque quantitates fuerint quaſi proportionales, colligendo, quaſi proportionales erunt, omnes antecedentes, ad omnes conſequentes.

Hypoth.

A; *B*: quaſi *C*; *D*:

Dico *A*+*C*; *B*+*D*: quaſi *C*; *D*.

Demonſt.

hypoth.	*A*; *B*: quaſi *C*; *D*.
22. *h.*	*A*; *C*: quaſi *B*; *D*.
23. *h.*	*A*+*C*; *C*: quaſi *B*+*D*; *D*.
22. *h.*	*A*+*C*; *B*+*D*: quaſi *C*: *D*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 27. Pro. 27.

SI prima ad ſecundam quaſi proportionalis fuerit, ſicut tertia ad quartam; & quinta ad ſecundam, quaſi ſicut

ſexta

ſexta ad quartam: erit prima cum quinta ad ſecundam, quaſi ſicut tertia cum ſexta ad quartam.

Hypoth.

A; *B*: quaſi *C*; *D*.
E; *B*: quaſi *F* ad *D*.
Dico *A*+*E*; *B*: quaſi *C*+*F*; *D*.

Præpar.

hypoth.	*A*; *B*: quaſi *C*; *D*.
22. *h.*	*A*; *C*: quaſi *B*; *D*.
hypoth.	*E*; *B*: quaſi *F*; *D*.
22. *h.*	*E*; *F*: quaſi *B*; *D*.
19. *h.*	*A*; *C*: quaſi *E*; *F*.
22. *h.*	*A*; *E*: quaſi *C*; *F*.
23. *h.*	*A*+*E*; *E*: quaſi *C*+*F*; *F*.
hypoth.	*E*; *B*: quaſi *F*; *D*.
21. *h.*	*A*+*E*; *B*: quaſi *C*+*F*; *D*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 28. *Prop.* 28.

QVaſi partes, cum quaſi æquemultiplicibus, in quaſi eadem ſunt ratione, ſi prout ſibi mutuò reſpondent, ita ſumantur.

Hypoth.

A; *B*: quaſi tripla.
C; *D*: quaſi tripla.
Dico *A*; *C*: quaſi *B*; *D*.

De-

Demonstr.

18. *h.* | *A*; *B*: quasi *C*; *D*.
22. *h.* | *A*; *C*: quasi *B*; *D*. Quod &c.
Quare &c.

Theor. 29. Prop. 29.

SI totam ad totam quasi proportionalis fuerit, vt ablata ad ablatam: & reliqua ad reliquam, quasi proportionalis erit, vt tota ad totam.

Hypoth.

A; *B*: quasi *C*: *D*.
Dico *A*---*C*; *B*---*D*: quasi *A*; *B*.

Demonstr.

hypoth. | *A*; *B*: quasi *C*; *D*.
22. *h.* | *A*; *C*: quasi *B*; *D*.
25. *h.* | *A*; *A*---*C*: quasi *B*; *B*---*D*.
22. *h.* | *A*---*C*; *B*---*D*: quasi *A*; *B*. Quod &c.
Quare &c.

Theor. 30. Prop. 30.

QVantitates quasi proportionales, & per homologiam, sunt quasi proportionales.

Demonstr.

Nam conuertendo, quasi proportionales fiunt, 20.*h*: & colligendo, 26, & 27.*h*: & æquemultiplicando, & æquepartiendo, 28.*h*: & permutando, 22.*h*: & diuidendo, 24.*h*: & componendo, 23.*h*: & homologas ab ho-

mologis auferendo, 29.*h*: & per conuersionem rationis, 25.*h*: & ex æquali, 21.*h*: & coniunctis omnifariam argumentis huiusmodi, quocunque ordine, per homologiam, quasi proportionales fiunt.

Theor. 31. Prop. 31.

QVasi æquales, ad quasi æquales, rationes habent, vel quasi infinitas vtrasque, vel quasi nullas, vel quasi easdem inter se.

Hypoth. comm.

A, *B* sunt quasi æquales.
C, *D* sunt quasi æquales.

Hypoth. p. casus.

A; *C*: est quasi infinita.
Dico *B*; *D*: esse quasi infinitam.

Præpar.

Assumatur *e* ad *f*, quælibet ratio: vnde fit componendo *e*+*f* ad *f*: deinde per conuersionem rationis *e*+*f* ad *e*: & conuertendo *e* ad *e*+*f*.

Demonstr.

def.3.h. | *B*; *A*: potest maior esse, quàm *e*; *e*+*f*.
def.p.h. | *A*; *C*: potest maior esse, quàm *e*+*f*; *f*.
4. h. | *B*; *C*: potest maior esse, quàm *e*; *f*.
def.p.h. | *B*; *C*: ratio est quasi infinita.
def.p.h. | *B*; *C*: potest maior esse, quàm *e*+*f*; *f*.
def.3.h. | *C*; *D*: potest maior esse, quàm *e*; *e*+*f*.
4. h. | *B*; *D*: potest maior esse, quàm *e*; *f*.

B; *D*:

def.p. h. | B; D: ratio est quasi infinita. Quod &c.

Hypoth. 2. casus.

A; C: est quasi nulla.

Dico B; D: esse quasi nullam.

Demonstr.

10. h. | C; A: quasi infinita.
sup. | D; B: quasi infinita.
7. h. | B; D: quasi nulla. Quod &c.

Hypoth. 3. casus.

A; C: neq; quasi infinita, neq: quasi nulla est.

Dico B; D: quasi esse A; C.

Demonstr.

B ad D, neque est quasi infinita, neque quasi nulla:
sup. | alioquin A ad C esset quasi infinita, vel quasi nulla, contra hypothesim.
19. h. | A; B: quasi C; D.
22. h. | A; C: quasi B; D. Quod &c.

Quare &c.

Theorema 32. Prop. 32.

SI prima ad secundam, rationem habuerit quasi infinitam; item ad tertiam, rationem quasi infinitam: habebit & ad vtriusque summam, & ad vtriusque differentiam, rationem quasi infinitam.

Hypoth.

A; B: quasi infinita.

A; C: quasi infinita.

Dico $A; B+C$: quaſi infinitam eſſe.

Et $A; B-C$: quaſi infinitam eſſe.

Demonſtr.

hypoth.	$A; B$: quaſi infinita.
8. *h.*	$A+B; B$: quaſi infinita.
9. *h.*	$A+B; A$: quaſi æqualis.
hypoth.	$A; C$: quaſi infinita.
31. *h.*	$A+B; C$: quaſi infinita.
8. *h.*	$A+B+C; C$: quaſi infinita.
9. *h.*	$A+B+C; A+B$: quaſi æqualis.
ſup.	$A+B; A$: quaſi æqualis.
18. *h.*	$A+B+C; A$: quaſi æqualis.
16. *h.*	$B+C; A$: quaſi nulla.
10. *h.*	$A; B+C$: quaſi infinita. Quod &c.
ſup.	$A+B; C$: quaſi infinita.
8. *h.*	$A+B-C; C$: quaſi infinita.
7. *h.*	$C; A+B-C$: quaſi nulla.
11. *h.*	$A+B; A+B-C$: quaſi æqualis.
ſup.	$A; A+B$: quaſi æqualis.
18. *h.*	$A+B-C; A$: quaſi ęqualis.
17. *h.*	$A+B-C; B-C$: quaſi infinita.
8. *h.*	$A; B-C$: quaſi infinita. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 33. Propoſ. 33.

SI fuerint tres termini, primus indeterminatus, reliqui duo determinati; fuerit autem primus ad ſecundum quaſi

quaſi æqualis: habebit ſecundus ad tertium eandem rationem, quàm quaſi habet primus.

Hypoth.

Tres termini ſunt, primus indeterminatus *A*; reliqui duo determinati, *b*, & *c*: & eſt *A* ad *b*, quaſi æqualis.

Dico *b* ad *c* eandem eſſe rationem, quàm quaſi habet *A* ad *c*.

Præpar.

Aſſumatur *d*, æqualis ipſi *c*.

Demonſt.

hypoth. | *A*; *b*: quaſi æqualis.
conſtr. | *c*; *d*: æqualis.
def.4.h. | *A*; *b*: quaſi *c*; *d*.
22. *h.* | *A*; *c*: quaſi *b*; *d*.
8. 5. | *b*; *d*: *b*; *c*.
19. *h.* | *A*; *c*: quaſi *b*; *c*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 34. Prop. 34.

Tota ad vnitatem, quaſi eſt infinita.

Demonſtr.

Nam tota, cum non dicatur, cuius numeri tota ſit; eſt indeterminata: ideoque totæ ad vnitatem, ratio eſt indeterminata. Cumque poſſit dici, cuius numeri tota ſit; eſt determinabilis: ideoque totæ ad vnitatem, ratio eſt determinabilis. Cum denique poſſit dici eius numeri tota, qui maior ſit, quàm vt ad vnitatem, habeat quamlibet ratio-

nem

nem datam; qui numerus, ipsa sui ipsius est tota: erit ratio totæ ad vnitatem, maior, quàm data
def. p. h. quælibet. Ergo tota ad vnitatem, quasi est infinita.

Theor. 35. Prop. 35.

SEsquitota ad vnitatem, quasi est infinita. Item semitota.

Demonstr.

34. h. Tota ad vnitatem, quasi est infinita: ergo com-
8. h. ponendo, sesquitota ad vnitatem, quasi est infi-
8. h. nita. Item diuidendo, semitota ad vnitatem, quasi est infinita.

Theor. 36. Prop. 36.

TOta, sesquitota, & semitota, quasi sunt æquales inter se.

Demonstr.

35. h. Sesquitota ad vnitatem, quasi est infinita: ergo
9. h. per conuersionem rationis, sesquitota ad totam,
34. h. quasi est æqualis. Rursum tota ad vnitatem quasi
9. h. sit infinita: ergo per conuersionem rationis, tota
18. h. ad semitotam, quasi est æqualis. Ergo sesquitota ad semitotam, quasi est æqualis.

Theor. 37. Prop. 37.

TOta quantumlibet ordinata ad vnitatem, quasi est infinita. Item sesquitota, & semitota.

Dico

Dico $t3$; u: quaſi infinitum.

Demonſtr.

34. h.	t; u: quaſi infinita.
def. 6. p.	$t3$; u: triplicata t; u.
12. h.	$t3$; u: quaſi infinita. Quod &c.
ex 35. h.	Similiter oſtendetur $q3$; u: quaſi infinita.
	Item $m3$; u: quaſi infinita.

Quare &c.

Theor. 38. *Prop.* 38.

TOtarum inæqualiter ordinatarum, magis ordinata, ad minùs ordinatam, quaſi eſt infinita. Item ſeſquitotarum, & ſemitotarum.

Hypoth.

$t5$ magis eſt ordinata, quàm $t3$.

Dico $t5$; $t3$: quaſi infinitam.

Demonſtr.

34. h.	t; u: quaſi infinita.
def. 6. p.	$t5$; $t4$: t ; u.
def. 6. p.	$t4$; $t3$: t ; u.
13. 5.	$t5$; $t4$: quaſi infinita.
13. 5.	$t4$; $t3$: quaſi infinita.
12. h.	$t5$; $t3$: quaſi infinita. Quod &c.

Similiter oſtendetur $q5$; $q3$: quaſi infinita.

Et $m5$; $m3$: quaſi infinita.

Quare &c.

Theor.

Theor. 39. *Prop.* 39.

ÆQuecordinatæ, tota, ſemitota, & ſeſquitota, ſunt quaſi æquales.

Dico $t3$, $q3$, $m3$, quaſi æquales eſſe.

Demonſtr.

36. *h.* | t; q: quaſi æqualis.
3. *p.* | $t3$; $q3$: triplicata t; q.
21. *h.* | $t3$; $q3$: quaſi ęqualis. Quod &c.
ſup. | $q3$; $m3$: quaſi æqualis. Quod &c.
18. *h.* | $t3$; $m3$: quaſi æqualis. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 40. *Prop.* 40.

TOta magis ordinata, ad aggregatum ex totis minùs ordinatis, quaſi eſt infinita. Item ſemitota, ad aggregatum ex ſemitotis: & ſeſquitota, ad aggregatum ex ſeſquitotis.

Hypoth.

Eſto tota magis ordinata $t3$: qua minùs ordinatæ. $t2$, t, & rationalis u: quarum aggregatum $5t2 + 3t + 4u$.

Dico $t3$; $5t2 + 3t + 4u$: quaſi eſſe infinitam.

Demonſtr.

38. *h.* | $t3$; $t2$: quaſi infinita.
32. *h.* | $t3$; $5t2$: quaſi infinita.
38. *h.* | $t3$; t: quaſi infinita.
32. *h.* | $t3$; $3t$: quaſi infinita.

$t3$;

37. h. | $t3$; u : quaſi infinita.
32. h. | $t3$; $4u$: quaſi infinita.
32. h. | $t3$; $5t2 + 3t + 4u$: quaſi infinita. Quod &c.

Similiter oſtendetur, $m3$; $5m2 + 3m + 4u$: quaſi infinita. Quod &c.

Item, $q3$; $5q2 + 3q + 4u$: quaſi infinita. Quod &c. Quare &c.

Theor. 41. *Prop.* 41.

Tota magis ordinata, ſibi ipſi, & alijs minùs ordinatis, additis, vel ſubtractis, quaſi eſt æqualis. Item ſemitota: & ſeſquitota.

Hypoth.

Tota vel ſemitota, vel ſeſquitota magis ordinata eſto A: quacum additæ minùs ordinatæ, ſunto B: & ſubtractæ C.

Dico A, $A + B$, $A - C$, $A + B - C$, quaſi æquales eſſe.

Demonſtr.

40. h. | A; B : quaſi infinita.
8. h. | $A + B$; B : quaſi infinita.
9. h. | $A + B$; A : quaſi æqualis. Quod &c.
40. h. | A; C : quaſi infinita.
9. h. | A; $A - C$: quaſi æqualis. Quod &c.
32. h. | A; $B - C$: quaſi infinita.
8. h. | $A + B - C$; $B - C$: quaſi infinita.
9. h. | $A + B - C$; A : quaſi æqualis. Quod &c.

18. h. | $A+B$---C, $A+B$, A---C, quaſi ſunt æquales. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 42. *Prop.* 42.

QVælibet quadratrix quaſi eſt æqualis ad totam vnitate plus ordinatam, quàm ſit eius baſis: item ad ſemitotam: & ad ſeſquitotam.

Hypoth.

Eſto quadratrix *A*: & eſto tota *B*, vnitate plus ordinata, quàm baſis quadratricis *A*.

Dico *A* ad *B*, quaſi æqualem eſſe.

Demonſtr.

22. 2. | *A*, eſt æqualis ipſi *B*, demptis, additiſque aliqualiter acceptis totis, non plus ordinatis, quàm
hypoth. | baſis *A*. Sed *B*, eſt tota vnitate plus ordinata, quàm baſis *A*; ideòque totæ, non plus ordinatę, quàm baſis *A*, ſunt minùs ordinatæ, quàm *B*. Ergo *A*; eſt æqualis ipſi *B*, demptis, additiſque aliqualiter acceptis totis, minùs ordinatis, quàm
41. h. | *B*. Sed & *B*, demptis, additiſque aliqualiter acceptis totis, minùs ordinatis, quàm *B*, quaſi eſt
18. h. | æqualis ipſi *B*. Ergo *A*, quaſi eſt æqualis ipſi *B*. Quod &c.

31. 2. | Idem, & eodem modo demonſtraretur, ſi *B*
32. 2. | eſſet ſemitota: necnõ ſi *B* eſſet ſeſquitota. Quę &c.

Quare &c.

Theor. 43. Prop. 43.

QVælibet quadratrix, ad totas non plus ordinatas, quàm ſit eius baſis, quomodolibet acceptas, quaſi eſt infinita. item ad ſemitotas: necnon ad ſeſquitotas.

Hypoth.

Eſto quadratrix *A*: & in *B* ſint ſumptæ totæ quomodolibet, vel ſemitotæ, vel ſeſquitotæ.

Dico *A* ad *B* quaſi infinitam eſſe.

Præpar.

Sumatur *C*, tota, vnitate plus ordinata, quàm baſis quadratricis *A*: vel ſemitota, vel ſeſquitota.

Demonſtr.

41. *h.* | *C*; *B*: quaſi infinita.
42. *h.* | *A*; *C*: quaſi æqualis.
31. *h.* | *A*; *D*: quaſi infinita. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 44. Prop. 44.

RAtionis quaſi infinitæ diuiſo antecedente per datum numerum, ratio eſt quaſi infinita.

Hypoth.

A ad *B*, quaſi eſt infinita.

Dico ſubtriplam *A* ad *B*, quaſi infinitam eſſe.

Præpar.

Aſſumatur quælibet ratio *c* ad *d*.

Demonſtr.

hypoth.	A; B: quaſi infinita.
def. p. h.	A; B: poteſt maior eſſe, quàm 3c; d.
p. h.	A; 3c: poteſt maior eſſe, quàm B; d.
15. 5.	A; 3c: ſubtripla A; c.
13. 5.	Subtripla A; c: poteſt maior eſſe, quàm B; d.
p. h.	Subtripla A; B: poteſt maior eſſe, quàm c; d.
def. p. h.	Subtripla A; B: quaſi eſt infinita. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 45. *Prop.* 45.

RAtionis quaſi infinitæ multiplicato conſequente, ratio eſt quaſi infinita.

Hypoth.

A ad B, quaſi eſt infinita.

Dico A ad duplam B, quaſi eſſe infinitam.

Præpar.

Aſſumatur quælibet ratio c ad d.

Demonſtr.

hypoth.	A; B: quaſi infinita.
def. p. h.	A; B: poteſt maior eſſe, quàm 2c; d.
p. h.	A; 2c: poteſt maior eſſe, quàm B; d.
15. 5.	B; d: 2B; 2d.
13. 5.	A; 2c: poteſt maior eſſe, quàm 2B; 2d.
p. h.	A; 2B: poteſt maior eſſe, quàm 2c; 2d:
15. 5.	2c; 2d: c; d.
13. 5.	A; 2B: poteſt maior eſſe, quàm c; d.

A; 2B:

def.p.h. | *A*; 2*B*: quaſi eſt infinita. Quod &c.

Quare &c.

Theorema 46. Prop. 46.

RAtio compoſita ex duabus rationibus, altera, quaſi quadam propoſita, altera, quaſi infinita; quaſi eſt infinita.

Hypoth.

A; *B*: quaſi quædam propoſita.

B; *C*: quaſi infinita.

Dico *A*; *C*: quaſi eſſe infinitam.

Præpar.

Aſſumatur quælibet ratio, *d* ad *e*: item aſſumatur quælibet *d* ad *f*, minor, quàm, cui quaſi eadem eſſe dicitur *A* ad *B*.

Demonſtr.

hypoth. | *B*; *C*: quaſi eſt infinita.

def.p.h. | *B*; *C*: poteſt maior eſſe, quàm *f*; *e*.

def.3.h. | *A*; *B*: poteſt maior eſſe, quàm *d*; *f*.

4. *h.* | *A*; *C*: poteſt maior eſſe, quàm *d*; *e*.

def.p.h. | *A*; *C*: quaſi eſt infinita. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 47. Prop. 47.

QVadratrices in eadem baſi iacentes, inter ſe ſunt quaſi æquales.

Hy-

Hypoth.

Sint in eadem basi quadratrices *A*, *B*.
Dico *A*, *B*, quasi æquales esse.

Præpar.

Sumatur *C*, tota, vnitate plus ordinata, quàm sit basis ipsarum *A*, *B*.

Demonstr.

43. *h.* | *A*; *C*: quasi æqualis.
43. *h.* | *B*; *C*: quasi æqualis.
18. *h.* | *A*; *C*: quasi æqualis. Quod &c.
Quare &c.

Theor. 48. *Propos.* 48.

SVb quadratrices in eadem basi iacentes, sunt quasi æquales.

Hypoth.

Sint in eadem basi subquadratrices *A*, *B*.
Dico *A*, *B*, quasi æquales esse.

Præpar.

Sumantur homonymæ quadratrices *C*, *D*.

Demonstr.

def. 13.2 | *C* ad *A*, æquemultiplex est, vt *D* ad *B*.
15. 5. | *C*; *A*: *D*; *B*.
16. 5. | *C*; *D*: *A*; *B*.
47. *h.* | *C*; *D*: quasi ęqualis.
19. *h.* | *A*; *B*: quasi æqualis. Quod &c.
Quare &c.

Theor. 49. Prop. 49.

IN diuersis basibus, quadratrix in magis ordinata, ad quadratricem in minùs ordinata, quasi est infinita.

Hypoth.

Sint quadratrices *A*, *B*, in diuersis basibus: *A*, in magis ordinata basi, quàm *B*.

Dico *A* ad *B*, quasi esse infinitam.

Præpar.

Assumatur tota *C*, vnitate plus ordinata, quàm sit basis quadratricis *A*: & tota *D*, vnitate plus ordinata, quàm sit basis quadratricis *B*.

Demonstr.

hypoth. Quoniam *A* est in basi magis ordinata, quàm
38. *h.* *B*: ergo etiam *C* est magis ordinata tota, quàm
42. *h.* *D*: ergo *C* ad *D*, quasi est infinita. Sed *C*, *A*,
31. *h.* sunt quasi æquales: & *D*, *B*, quasi æquales. Ergo *A* ad *B*, quasi est infinita. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 50. Prop. 50.

IN diuersis basibus, quælibet massa in magis ordinata, ad quamlibet massam, in minùs ordinata, quasi est infinita.

Hypoth.

Sint massæ *A*, *B*, in diuersis basibus: *A* in magis ordinata basi, quàm *B*.

Dico *A* ad *B*, quasi esse infinitam.

Præ-

Præpar.

Assumantur quadratrices *C*, *D*: *C* quidem homonyma ipsi *A*; & *D*, ipsi *B*.

Demonstr.

hypoth. Quoniam *A*, est in basi magis ordinata, quàm *B*: etiam *C*, est in basi magis ordinata, quàm *D*: & *C* ad *D*, quasi est infinita. Est autem ratio *A* ad *C*, quædam proposita, quàm habent propositi numeri multiplicantes homonymam speciem: ergo ex æquali, *A* ad *D*, ratio est quasi infinita. Item *D* ad *B*, ratio est quædam proposita, quàm habent propositi numeri multiplicantes hononymam speciem: ergo ex æquali, *A* ad *B*, ratio est quasi infinita. Quod &c.

49. *h.*

46. *h.*

46. *h.*

Quare &c.

Theor. 51. *Prop.* 51.

SPecies in eadem basi iacentes, sunt reciprocè quasi proportionales, vt numeri, in tabula multiplicium, similiter iacentes. *Hypoht.*

Sint in eadem basi species *A*, *B*: & sint numeri similiter iacentes, in tabula multiplicium; *c* similiter, atque *A*; & *d*, similiter, atque *B*.

Dico *A*; *B*: quasi *d*; *c*.

Præpar.

Sumantur subquadratrices *E*, *F*: *E* quidem homonyma ipsi *A*; & *F*, ipsi *B*.

De-

Demonstr.

deff. 11. p. & 2.	*A*; *E*: *u*; *c*.
48. h.	*E*; *F*: quasi æqualis.
deff. 11. p. & 2.	*F*; *B*: *d*; *u*.
21. h.	*A*; *B*: quasi *d*; *c*. Quod &c. Quare &c.

Theor. 52. Prop. 52.

MAssæ in eadem basi iacentes, quasi eamdem habent rationem compositam, ex directa suorum numerorum, & reciproca numerorum in tabula multiplicium similiter iacentium.

Hypoth.

Sint in eadem basi, massæ *A*, *B*: quarum numeri *c*, *d*: *c* quidem, qui multiplicans homonymam speciem *A*, facit massam *A*; & *d*, qui multiplicans homonymam speciem *B*, facit massam *B*. Et sint numeri *e*, *f*, similiter iacentes in tabula multiplicium; *e* quidem, sicut *A*; & *f*, sicut *B*.

Dico *A*; *B*: quasi *c*; *d*, + *f*; *e*.

Præpar.

Sumantur species homonymæ *G*, *H*: *G* quidem ipsi *A*; & *H*, ipsi *B*.

Demonstr.

hypoth.	*A*; *G*: *c*; *u*.
51. h.	*G*; *H*: quasi *f*; *e*.
hypoth.	*H*; *B*: *u*; *d*.
21. h.	*A*; *B*: quasi *c*; *d*, + *f*; *e*. Quod &c. Quare &c.

Proplema primum Prop. 53.

DAta ratione; datoque numero pariter pari: ſubtotuplicatam rationem inuenire, quotus eſt datus numerus.

Hypoth.

Sit data ratio *a* ad *b*: datuſque numerus *c*, pariter par.

Oportet rationem inuenire, ſubtotuplicatam rationis, *a* ad *b*, quotus eſt *c*.

Conſtr.

Subdiuidatur numerus *c*, vſque ad vnitatem: & ſit *c* ad *d*, duplus: & *d* ad *f*, duplus: & *f* ad vnitatem, duplus. Deinde ſumatur, inter *a*, *b*, media proportionalis *g*: & inter *a*, *g*, media proportionalis *h*: & inter *a*, *h*, media proportionalis *i*: vt fiant ſumptiones totidem, quot ſunt, numeri *c* diuiſiones bifariam, vſque ad vnitatem.

Dico *a*; *i*: ſubtotuplicatam *a*; *b*, quotus eſt *c*.

Demonſtr.

conſtr. | *a*; *b*: duplicata *a*; *g*, ſicut *c*; *d*: duplus.
conſtr. | *a*; *g*: duplicata *a*; *h*, ſicut *d*; *f*: duplus.
conſtr. | *a*; *h*: duplicata *a*; *i*, ſicut *f*; *u*: duplus.
p. p. | *a*; *b*: multiplicata *a*: *i*, ſicut *c*; *u*: multiplus.
| *a*; *i*: ſubtotuplicata *a*; *b*, quotus eſt *c*. Quod erat faciendum.

Quare data ratione, datoque numero pariter pari, ſubtotuplicatam rationem inuenimus, quotus eſt datus numerus.

Probl. 2. Prop. 54.

DAta ratione inæqualitatis; & propoſito numero ordinis poteſtatum: numerum inuenire, pro quo ſeſquitota, & ſemitota æqueordinatæ, ſunt ad inuicem propiores æqualitati.

Hypoth.

Sit data ratio inæqualitatis *a*, ad *b*: & ſit *a*, maior, quàm *b*: ſitque datus numerus quinarius.

Oportet numerum inuenire, quo quo ſeſquitota quinta, ad ſemitotam quintam, minor eſt, quàm vt *a* ad *b*: & ſemitota quinta, ad ſeſquitotam quintam, maior, quàm vt *b* ad *a*.

Conſtr.

Sumatur numerus pariter par, nō minor, quàm
53. *h.* datus quinarius: & ſit ſumptus octonarius: & ſuboctuplicata ratio inueniatur, rationis *a* ad *b*; quę ſit *a* ad *c*: & ſumatur numerus *d*, maior ad binarium, quàm vt *a* ad *a*---*c*: qui, dempto binario, relinquatur *e*: & inter *d*, *e*, ſumatur nume-
deff. 18. & 19.2 rus *f*: pro quo, vt radice tota; ſemitota eſt *e*; ſeſquitota *d*.

Dico *d*5; *e*5: minorem eſſe, quàm *a*; *b*.

Et *e*5; *d*5: maiorem, quàm *b*; *a*.

Demonſtr.

conſtr. *d*; 2: maior, quàm *a*; *a*---*c*.

3. *h.* *d*; *e*: minor, quàm *a*; *c*.

4. *h.* *d*5; *e*5: minor, quàm *a*5; *c*5.

5. b. | $a5$; $c5$: minor, quàm $a8$; $c8$.
constr. | $a8$; $c8$: a; b.
13. 5. | $d5$; $e5$: minor, quàm a; b. Quod &c.
2. b. | $e5$; $d5$: maior, quàm b; a. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 3. *Prop.* 55.

DAta ratione; & propositis ordinibus potestatum inæqualibus: numerum inuenire, pro quo, plus ordinata potestas, ad minùs ordinatam, maior est, quàm in data ratione.

Hypoth.

Sit data ratio, a ad b: sint propositi ordines potestatum inæquales, quinarius, & binarius.

Oportet numerum inuenire, pro quo, potestas quinta ad secundam, maior est, quàm vt a ad b.

Constr.

Sumatur numerus c, in serie tertiarum potestatum ab omnibus numeris, maior ad vnitatem, quàm vt a ad b: numeri autem c, sit radix d.

Dico, pro d radice, $d5$; $d2$: maiorem esse, quàm a; b.

Demonstr.

constr. | c: $d3$.
8. 5. & def. 6. p. | c; u: $d3$; u: $d5$; $d2$.
constr. | c; u: maior, quàm a; b.
13. 5. | $d5$; $d2$: maior, quàm a; b. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 4. Prop. 56.

DAta ratione; propositisque ordinibus potestatum inæqualibus: numerum inuenire, pro quo, semitota plus ordinata, ad sesquitotam minùs ordinatam, maior est, quàm in data ratione.

Hypoth.

Sit data ratio *a* ad *b*: sintque propositi ordines potestatum, quinarius, atque ternarius.

Oportet numerum inuenire, pro quo, semitota quinta ad sesquitotam tertiam, maior est, quàm vt *a* ad *b*.

Constr.

Inueniatur *per* 55.*h.* numerus *c*, pro quo, semitota *d*: & semitota quinta $d5$, ad semitotam tertiam $d3$, maior est, quàm vt $a+b$ ad *b*. Inueniatur deinde *per* 54.*h.* numerus *e*, non minor, quàm *c*; pro quo, semitota *m*, & sesquitota *q*; & $m3$ ad $q3$, maior est, quàm vt *a* ad $a+b$.

Dico, pro numero *e* radice, $m5$; $q3$: maiorem esse, quàm *a*; *b*.

Demonstr.

constr.	*e*: non minor, quàm *c*.
def. 18.2	*m*: non minor, quàm *d*.
5. *h.*	$m5$; $d5$: non minor, quàm $m3$; $d3$.
p. h.	$m5$; $m3$: non minor, quàm $d5$; $d3$.
constr.	$d5$; $d3$: maior, quàm $a+b$; *b*.
13. 5.	$m5$; $m3$: maior, quàm $a+b$; *b*.
constr.	$m3$; $q3$: maior, quàm *a*, $a+b$.
4. *h.*	$m5$; $q3$: maior, quàm *a*; *b*. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 7. *Prop.* 59.

DAta ratione; & propoſitis duabus non in eadem baſi iacentibus quadratricibus: numerum inuenire, pro quo, quadratrix, quæ iacet in plus ordinata baſi, ad alteram, maior eſt, quàm in data ratione.

Hypoth.

Sit data ratio *a* ad *b*: & propoſitæ ſint quadratrices duæ *c*, *d*; *c*, in quinta baſi; *d*, in ſecunda.

Oportet numerum inuenire, pro quo, *c* ad *d*, maior eſt, quàm vt *a* ad *b*.

Conſtr.

56. *h.* | Inueniatur numerus *e*, pro quo, ſemitota *f*, ſeſquitota *g*: & *f*6 ad *g*3, maior ſit, quàm vt *a* ad *b*.

Dico, pro *e* radice, *c*; *d*: maiorem eſſe, quàm *a*; *b*.

Demonſtr.

30. 2. | *c*, maior eſt, quàm *f*6.

30. 2. | *d*, minor eſt, quàm *g*3.

8. 5. | *c*; *d*: maior eſt, quàm *f*6; *g*3. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 8. *Prop.* 60.

DAta ratione; & propoſitis duabus non in eadem baſi iacentibus maſſis: numerum inuenire, pro quo, maſſa, quæ iacet in plus ordinata baſi, ad alteram, maior eſt, quàm in data ratione.

Hy-

Hypoth.

Sit data ratio *a* ad *b*: sintque duæ massæ *c*, *d* *c*; quidem, in quinta basi; *d*, in tertia.

Oportet numerum inuenire, pro quo, *c* ad *d*, maior est, quàm vt *a* ad *b*.

Constr.

Fiat, vt massa *c* ad sibi synonymam quadratricem *e*, sic *a* ad *f*: & vt synonyma ipsi *d* quadratrix *g*, ad ipsam *d*, sic fiat *h* ad *b*: & inueniatur numerus *i*, pro quo, quadratrix *e*, ad quadratricem *g*, maior est, quàm vt *f* ad *h*. 59. *h*.

Dico pro *i* radice, massam *c* ad massam *d*, maiorem esse, quàm vt *a* ad *b*.

Demonstr.

constr.	*c*; *e*: *a*; *f*.
constr.	*e*; *g*: maior, quàm *f*; *h*.
constr.	*g*; *d*: *h*; *b*.
4. *h*.	*c*; *d*: maior, quàm *a*; *b*. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 9. Prop. 61.

PRopositis in eadem basi iacentibus duabus massis; & datis duabus rationibus, non ijsdem, quàm quasi habent ad inuicem massæ, sed maiore vna, minore altera: numerum inuenire, pro quo, massæ propositæ rationem habent minorem, quàm data maior, & maiorem, quàm data minor.

Hypoth.

Sint massę *a*, *d*: & sit ratio *i* ad *s*, quàm quasi habet *a* ad *d*: & sit *e* ad *h*, maior, quàm *i* ad *s*; & *n* ad *r*, minor. Oportet numerum inuenire, pro quo, *a* ad *d*, est minor, quàm *e* ad *h*; & maior, quàm *n* ad *r*.

Constrr.

Sumatur ipsi *a*, synonyma quadratrix *b*; & ipsi *d* synonyma *c*. Fiat deinde.

a; *b*: *e*; *f*: *i*; *k*: *n*; *o*.
c; *d*: *g*; *h*: *l*; *s*: *p*; *r*.

Demonstr.

hypoth.	*a*; *d*: quasi *i*; *s*.
def.17.5	*a*; *b*,+*b*; *c*,+*c*; *d*: quasi *i*; *k*,+*k*; *l*+*l*; *s*.
constr.	*a*; *b*: *i*; *k*.
constr.	*c*; *d*: *l*; *s*.
	b; *c*: quasi *k*; *l*.
27. *h.*	*b*; *c*: quasi æqualitas.
	k; *l*: æqualitas.
hypoth.	*e*; *h*: maior, quàm *i*; *s*.
def.17.5	*e*; *f*,+*f*; *g*,+*g*; *h*: maior, quàm *i*; *k*,+*k*; *l*,+*l*; *s*.
constr.	*e*; *f*: *i*; k.
constr.	*g*; *h*: *l*; *s*.
	f; *g*: maior, quàm k; *l*.
	f: maior, quàm *g*.
hypoth.	*n*; *r*: minor, quàm *i*; *s*.
def.17.5	*n*; *o*,+*o*; *p*,+*p*; *r*: minor, quàm *i*; k,+k; *l*,+*l*; *s*.
constr.	*n*; *o*: *i*; k.

p; *r*:

constr. | *p*; *r*: *l*; *s*.
| *o*; *p*: minor, quàm k; *l*.
| *o*: minor, quàm *p*.

Constr.

| Assumatur alterutra *f* ad *g*, vel *p* ad *o*, mi-
58. *h*. | nor: & sit assumpta *f* ad *g*. Et inueniatur nume-
| rus *t*, pro quo, quadratrix *b* ad quadratricem *c*,
| sit minor, quàm *f* ad *g*; maior, quàm *g* ad *f*.

Dico, pro *t*, massam *a*, ad massam *d*, minorem esse, quàm *e* ad *h*; & maiorem, quàm *n* ad *r*.

Demonstr.

constr. | *a*; *b*: *e*; *f*.
constr. | *b*; *c*: minor, quàm *f*; *g*.
constr. | *c*; *d*: *g*; *h*.
4. *h*. | *a*; *d*: minor, quàm *e*; *h*. Quod &c.
assumpt. | *f*; *g*: minor, quàm *p*; *o*.
2. *h*. | *g*; *f*: maior, quàm *o*; *p*.
constr. | *b*; *c*: maior, quàm *g*; *f*.
13. 5. | *b*; *c*: maior, quàm *o*; *p*.
constr. | *a*; *b*: *n*; *o*.
constr. | *c*; *d*: *p*; *r*.
4. *h*. | *a*; *d*: maior, quàm *n*; *r*. Quod &c.

Quare &c.



Petrus Mengolus, D. Iacobo Tesino Philosophiæ Doctori S. D.



Ibi primùm ex mea schola, Vir Excellentiss. atque alteri è schola Excellentissimi Cassini, amico nostro Io. Galeatio Manzio, contigit hoc elementum communicari: quod non, sine tuo, atque illius nomine, publicari oportebat; quoniam ipsi mihi tùm placere cæpit, cum vtramque vestrûm obtinuit approbationem. Postulabam honesti furis laudem. quòd, cum huiusmodi contemplationis aliena sit materia, eorum videlicet, quibus logarithmos debemus; cumque aliena sit etiam forma, & contemplationis modus, ipsissimus Euclidis in quinto: meum fecerim ex vtraque compositum. & quemadmodum, præcedentium elementorum in vtraque subiecti, & modi nouitate gloriabar: ita præsentis in vetustate, nouam laudem quærebam. Ille, visis definitionibus, & audita primarum octo propositionum, ex Euclide, traductione fideli; statim omnibus

nibus titulis propositionum, à me cursim lectis, & sine demonstratione facilem, pro sui acumine ingenij, præstabat assensum: & suggessit, potuisse totam hanc lucubrationem, vnica propositione comprehendi. Quæ demonstrat Euclides in quinto elementorum, de magnitudinibus maioribus, minoribus, æqualibus, æquemultiplicibus, & eamdem, vel maiorem rationem habentibus: posse demonstrari de rationibus altioribus, depressioribus, æquealtis, æquemultiplicatis, & eamdem, vel maiorem logarithmicam rationem habentibus. *Cogitabam si possem huiusmodi vti consilio: tibique interim rure superuenienti capi communicare. Itaque singulis propositionibus & demonstrationibus, toto animo intendebas, & cum quinto Euclidis diligenter conferebas, cumq; duo inciderimus, in traducendo, difficiliora (vnum,* minoris inæqualitatis rationes, quæ, quò minores sunt, eò altiores dicuntur, pro maioribus magnitudinibus vsuuenire. *alterum*, rationem ex ratione subtrahi, vel decomponi, per suæ compositionem conuersæ:) *intellexi non esse operis dispendium, mutatis mutandis, ex Euclide integram traductionem perficere, & exhibere. Tuque ipse iustum furtum, & honestissimum probasti: quòd non ab*

om.

omnibus facilè probarentur peculiares propositiones, quæ sub illa vnica continentur. & certè à me non possent commodè allegari, ad alia in sequentibus elementis demonstranda. Quos ergo semel approbasti labores meos, vt amicis & communices, & commendes, enixè rogo: nam non mihi soli, non paucis, sed omnibus laboro.

Vale.



GEO:



GEOMETRIÆ SPECIOSÆ

ELEMENTVM QVARTVM.

DEFINITIONES.



1. DVarum rationum inæqualitatis, vtrarumque maioris, vel vtrarumque minoris, Altior, dicetur, ab æqualitate remotior.

2. Et Depressior, æqualitati propior.

3. Submultiplicata est ratio rationis, depressior, altioris, cum depressior, aliquoties composita, facit altiorem.

4. Multiplicata verò altior, depressioris; cum depressior, aliquoties composita, facit altiorem.

5. Ratio logarithmica dicetur, duarum rationum inęqualitatis, vtrarumque maioris, vel vtrarumque minoris, mutua quædam; secundùm altitudinem, vel depressionem habitudo.

6. Proportio logarithmica, dicetur, similitudo logarithmarum rationum, vel ad inuicem, vel ad alias rationes.

7. Rationem logarithmicam habere inter se rationes dicen-

dicentur, quæ multiplicatæ, poſſunt ſe mutuò, altitudine ſuperare.

8. In eadem ratione logarithmicè, dicuntur eſſe rationes duæ, prima, ad ſecundam, atque duæ quantitates, prima, ad ſecundam: cum primæ rationis, quælibet multiplicata ratio, & primæ quantitatis æquemultiplex, à ſecundę rationis qualibet multiplicata, & à ſecundæ quantitatis ęquemultiplici, vel vnà deficiunt, vel vnà æquales ſunt, vel vnà excedunt; ratio quidem, altitudine, & quantitas ipſâ quantitate.

9. Et dicetur prima ratio ad ſecundam, proportionalis logarithmicè, ſicut prima quantitas ad ſecundam.

10. Cum verò primę rationis multiplicata ratio, altior fuerit, quàm multiplicata ſecundæ; multiplex autem primę quantitatis, non maior fuerit, quàm multiplex ſecundæ: dicetur logarithmica ratio rationum, maior, quàm ratio quantitatum.

11. Cumque è contra, multiplex primæ quantitatis, maior fuerit multiplici ſecundæ; multiplicata autem ratio primæ rationis, non altior, quàm multiplicata, ſecundæ: dicetur ratio quantitatum, maior, quàm logarithmica ratio rationum.

12. Rurſum in eadem ratione logarithmicè, dicentur eſſe rationes quatuor prima ad ſecundam, atque tertia ad quartã: cum primæ, ac tertiæ, rationes æquemultiplicatæ, à ſecundæ, & quartæ, rationibus æquemultiplicatis, qualiſcunque ſit hæc multiplicatio, vtraque, ab vtraque, vel

vel vnà altiores sunt, vel vnà æquealtæ, vel vnà depressiores, si eę sumantur, quæ inter se respondent.

13. Eamdem autem habentes rationem logarithmicam, rationes, logarithmicè proportionales vocentur.

14. Cum verò æquemultiplicatarum, multiplicata primæ rationis altior fuerit, quàm multiplicata secundæ; multiplicata autem tertiæ, non altior fuerit, quàm multiplicata quartæ: tunc prima ratio ad secundam, maiorem rationem logarithmicam habere dicetur, quàm tertia ad quartam.

15. Homologæ rationes rationibus, aut quantitatibus dicuntur, antecedentes quidem antecedentibus, & consequentes consequentibus.

16. Homologia logarithmica est sumptio homologarum rationum, aut & quantitatum, vt in alia quadam logarithmica proportionalitate, fiant homologæ.

17. Alterna ratio logarithmica, est rationum sumptio antecedentis comparatæ ad antecedentem, & consequentis ad consequentem.

18. Inuersa ratio logaritmica, est rationum sumptio consequentis, ceu antecedentis, comparatæ ad antecedentem, velut ad consequentem.

19. Compositio rationis logarithmicæ, est sumptio compositæ ex rationibus antecedenti, & consequenti, ceu vnius ad ipsam consequentem.

20. Diuisio rationis logarithmicæ, est sumptio rationis, quacum composita consequens facit antecedentem,

ad ipſam conſequentem.

21. Conuerſio rationis logarithmicæ, eſt ſumptio antecedentis, ad eam, quacum compoſita conſequens facit ipſam antecedentem.

22. Ex æqualitate ratio logarithmica eſt, ſi plures duabus ſint rationes, & his, vel quantitates, vel aliæ rationes, multitudine pares, quæ binæ ſumatur, & in eadem ratione logarithmica: cum vt in primis rationibus, prima logarithmicè ſe habet ad vltimam, ſic in ſecundis vel rationibus, vel quantitatibus, prima ad vltimam ſeſe habuerit. Vel aliter ſumptio extremarum, per ſubductionem mediarum.

23. Ordinata proportio logarithmica eſt, tribus poſitis rationibus, & alijs, vel quantitatibus, vel rationibus, quę ſint his multitudine pares: cum, vt in primis rationibus, logarithmicè ſe habet antecedens, ad conſequentem; ita in ſecundis, vel quantitatibus, vel rationibus, antecedens ad conſequentem: & vt in primis, conſequens, ad aliam quampiam; ſic in ſecundis, conſequens, ad aliã quampiam.

24. Perturbata autem logarithmica proportio eſt: cum vt in primis, logarithmicè ſe habet antecedens, ad conſequentem; ita in ſecundis, antecedens ad conſequentem: & vt in primis, conſequens, ad aliam quampiam; ſic in ſecundis, alia quæpiam, ad antecedentem.

Theor.

Theor. 1. Prop. 1.

SI ſint quotcunque rationes, quotcunque rationum, æqualium numero, ſingulæ ſingularum ęquemultiplicatæ: quàm multiplicata eſt vna, vnius; tàm multiplicata eſt compoſita omnium, compoſitæ omnium.

Hypoth.

*a*3; *b*3: multiplicata *a*; *b*.

*c*3; *d*3: æquemultiplicata *c*; *d*:

Dico *a*3; *b*3, + *c*3; *d*3: æquemultiplicatam *a*; *b*, + *c*; *d*.

Demonſtr.

hypoth.	*a*3; *b*3: *a*; *b*, + *a*; *b*, + *a*; *b*.
hypoth.	*c*3; *d*3: *c*; *d*; + *c*; *d*, + *c*; *d*:
p. p.	*a*3; *b*3, + *c*3; *d*3: *a*; *b*, + *c*; *d*, + *a*; *b*, + *c*; *d*, + *a*; *b*, + *c*; *d*.
hypoth.	Multitudo rationum *a*; *b*, & *a*; *b*, & *a*; *b*: æqualis eſt multitudini *c*; *d*, & *c*; *d*, & *c*; *d*: necnon multitudini *a*; *b*, + *c*, *d*, & *a*; *b*, + *c*; *d*, & *a*; *b*, + *c*; *d*.
def.4.h.	*a*3; *b*3, + *c*3; *d*3: æquemultiplicata *a*; *b*, + *c*; *d*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 2. Prop. 2.

SI prima ratio, ſecundæ, fuerit æquemultiplicata, atque prima quantitas, eſt multiplex ſecundæ; fuerit autem & tertia ratio, ſecundæ, æquemultiplicata, atque tertia

quantitas, eſt multiplex ſecundæ: erit compoſita ratio ex prima, & tertia, ſecundæ, æquemultiplicata, atque aggregata quantitas ex prima, & tertia, eſt multiplex ſecundæ.

Hypoth.

$a2$; $b2$: multiplicata a; b. ſicut $2c$; c, multiplex.
$a3$; $b3$: multiplicata a; b. ſicut $3c$; c, multiplex.
Dico $a2$; $b2$, $+ a3$; $b3$: multiplicatam a; b. ſicut $2c + 3c$; c, multiplicem.

Demonſtr.

hypoth. | $a2$; $b2$: a; b, $+a$; b. ſicut $2c$: $c+c$. Et quot ſunt rationes a; b, & a; b: tot ſunt c, & c, quantitates.

hypoth. | $a3$; $b3$: a; b, $+a$; b, $+a$; b ſicut $3c$: $c+c+c$. Et quot ſunt rationes a; b, & a; b, & a; b: tot ſunt quantitates, c, & c, & c.

p. p. | $a2$; $b2$, $+a3$; $b3$: a; b, $+a$; b, $+a$; b, $+a$; b, $+a$; b. ſicut $2c+3c$: $c+c+c+c+c$. & quot ſunt rationes a; b, & a; b, & a; b; & a; b, & a; b: tot ſunt quantitates, c, & c, & c, & c, & c.

def.4.h. | $a2$; $b2$, $+a3$; $b3$: multiplicata a; b: ſicut $2c + 3c$; c, multiplex. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 3. Prop. 3.

SI prima ratio, ſecundæ, æquèfuerit multiplicata, atque tertia, quartæ; fuerit autem & quinta; ſecundæ,

dæ, æquemultiplicata, atque ſexta, quartæ: erit & compoſita ex prima, & quinta, ſecundæ æquemultiplicata, atq; compoſita ex tertia, & ſexta, quartæ.

Hypoth.

a2; b2: multiplicata a; b. ſicut c2; d2: multiplicata c; d.

a3; b3: multiplicata a; b. ſicut c3; d3: multiplicata c; d.

Dico a2; b2,+a3; b3: multiplicatam a; b. ſicut c2; d2,+c3; d3: multiplicatam c; d.

Demonſtr.

hypoth. | a2; b2: a; b,+a; b. ſicut c2; d2: c; d,+c; d. Et quot ſunt a; b, & a; b: tot ſunt c; d, & c; d.

hypoth. | a3; b3: a; b,+a; b,+a; b. ſicut c3; d3: c; d,+c; d,+c; d. Et quot ſunt a; b, & a; b, & a; b: tot ſunt c; d, & c; d, & c; d.

p. p. | a2; b2,+a3; b3: a; b,+a; b,+a; b,+a; b,+a; b. ſicut c2; d2,+c3; d3: c; d,+c; d,+c; d,+c; d,+c; d. Et quot ſunt a; b, & a; b, & a; b, & a; b, & a; b: tot ſunt c; d, & c; d, & c; d, & c; d, & c; d.

def.4.h. | a2; b2,+a3; b3: multiplicata a; b. ſicut c2; d2,+c3; d3: multiplicata c; d. Quod &c.

Quare &c.

Theor.

Theor. 4. Prop. 4.

SI prima ratio, ſecundæ æquemultiplicata fuerit, atque prima quantitas, ſecundæ; ſumantur autem ratio, & quantitas; & ſumpta ratio, ſit ęquemultiplicata primæ rationis, atque ſumpta quantitas, multiplex primæ quantitatis: erit & ex æquo, ſumpta ratio, ęquemultiplicata ſecundæ rationis, atque ſumpta quantitas, ſecundæ quantitatis.

Hypoth.

*a*3; *b*3: multiplicata *a*; *b*. ſicut 3*c*; *c*, multiplex.

*a*6; *b*6: multiplicata *a*3; *b*3. ſicut 6*c*; 3*c*, multiplex.

Dico *a*6; *b*6: multiplicatam *a*; *b*. ſicut 6*c*; *c*, multiplicem.

Demonſtr.

hypoth. | *a*3; *b*3: multiplicata *a*; *b*. ſicut 3*c*; *c*, multiplex:

2. *h.* | *a*3; *b*3, + *a*3, *b*3: multiplicata *a*; *b*. ſicut 3*c* + 3*c*; *c*, multiplex.

hypoth. | *a*6; *b*6: *a*3; *b*3, + *a*3; *b*3. ſicut 6*c*: 3*c* + 3*c*. Et quot ſunt, *a*3; *b*3, & *a*3; *b*3: tot ſunt 3*c*, & 3*c*.

| *a*6; *b*6: multiplicata *a*; *b*. ſicut 6*c*; *c*, multiplex. Quod &c. Quare &c.

Theor. 5. Prop. 5.

SI prima ratio, ſecundæ æquemultiplicata fuerit, atque tertia, quartæ; ſumantur autem æquemultiplicatæ rationes,

tiones, primæ, & tertiæ: erit & ex æquo, ſumptarum vtra-que, vtriuſque, æquemultiplicata; altera quidem ſecundę, altera autem quartæ.

Hypoth.

$a3$; $b3$: multiplicata a; b. ſicut $c3$; $d3$: multiplicata c; d.

$a6$; $b6$: multiplicata $a3$; $b3$. ſicut $c6$; $d6$: multiplicata $c3$; $d3$.

Dico $a6$; $b6$: multiplicatam a; b. ſicut $c6$; $d6$: multiplicatam c; d.

Demonſtr.

hypoth. | $a3$; $b3$: multiplicata a; b. ſicut $c3$; $d3$: multiplicata c; d.

3. *b.* | $a3$; $b3$,$+a3$; $b3$: multiplicata a; b. ſicut $c3$; $d3$,$+c3$; $d3$: multiplicata c; d.

hypoth. | $a6$; $b6$: $a3$; $b3$,$+a3$; $b3$. ſicut $c6$; $d6$: $c3$; $d3$,$+c3$; $d3$. Et quot ſunt $a3$; $b3$, & $a3$; $b3$: totidem ſunt $c3$; $c3$, & $c3$; $d3$.

| $a6$; $b6$: multiplicata a; b. ſicut $c6$; $d6$: multiplicata c; d. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 6. Propoſ. 6.

SI fuerint, in eadem ratione logarithmica, prima ratio, ad ſecundam, atque prima quantitas, ad ſecundam: etiam multiplicata primæ rationis, & æquemultiplex primæ quantitatis, ad multiplicatam, ſecundæ rationis, &

æque-

æquemultiplicem ſecundæ quantitatis, in eadem erunt logarithmica ratione.

Hypoth.

Sint rationes *A*, & *B*; & quantitates *a*, & *b*: & ſit ratio *A*, ad rationem *B*, logarithmicè; ſicut quantitas *a*, ad quantitatem *b*. Sitque ratio 3*A*, multiplicata rationis *A*; ſicut quantitas 3*a*, multiplex quantitatis *a*: item ratio 4*B*, multiplicata rationis *B*; ſicut quantitas 4*b*, multiplex quantitatis *b*.

Dico rationem 3*A*, ad rationem 4*B*, eſſe logarithmicè ſicut quantitas 3*a*, ad quantitatem 4*b*.

Præpar.

Accipiatur ratio 6*A*, multiplicata rationis 3*A*; & quantitas 6*a*, æquemultiplex quantitatis 3*a*: item ratio 20*B*, multiplicata rationis 4*B*; & quantitas 20*b*, ęquemultiplex quantitatis 4*b*.

Demonſtr.

4. *h.* Ratio 6*A*, æquemultiplicata eſt rationis *A*; atque quantitas 6*a*, multiplex eſt quantitatis *a*. item ratio 20*B*, æquemultiplicata eſt rationis *B*; atque quantitas 20*b*, multiplex eſt quantitatis *b*. *hypoth.* Sunt autem rationes *A* ad *B* logarithmicè, *def.8.h.* ſicutquantitates *a* ad *b*. Ergo ſi ratio 6*A*, eſt altior ratione 20*B*; etiam quantitas 6*a*, maior eſt quantitate 20*b*: ſi ęquealta; æqualis: ſi depreſſior; minor. *conſtr.* Sed eſt ratio 6*A*, æquemultiplicata rationis 3*A*; atque quantitas 6*a*, multiplex

tiplex quantitatis 3*a*: & ratio 20*B*, rationis 4*B*, æquemultiplicata eſt; atque quantitas 20*b*, quan-
def.8.h. titatis 4*b*. Ergo rationes 3*A*, ad 4*B*, ſunt logarithmicè; ſicut quantitates, 3*a*, ad 4*b*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 7. Prop. 7.

SI prima ratio, ad ſecundam, eamdem habuerit rationem logarithmicè, atque tertia, ad quartam: etiam æquemultiplicatæ rationes primæ, & tertiæ, ad æquemultiplicatas ſecundæ, & quartæ, iuxta quamuis multiplicationem, eamdem habebunt rationem, ſi prout inter ſe reſpondent, ita ſumptæ fuerint.

Hypoth.

Sunto rationes quatuor *A* ad *B*, & *C* ad *D*, logarithmicè proportionales: & ſunto ipſarum *A*, *C*, æquemultiplicatæ rationes 3*A*, 3*C*: necnon ipſarum *B*, *D*, æquemultiplicatæ, 4*B*; 4*D*.

Dico quatuor rationes 3*A* ad 4*B*, & 3*C* ad 4*D*, logarithmicè proportionales eſſe.

Præpar.

Sumantur ipſarum 3*A*, 3*C*, æquemultiplicatæ rationes 6*A*, 6*C*: & ipſarum 4*B*, 4*D*, æquemultiplicatæ, 20*B*, 20*D*.

Demonſt.

4. *h.* Rationes 6*A*, 6*C*, æquemultiplicatæ ſunt rationum, *A*, *C*: & 20*B*, 20*D*, æquemultiplicatæ

hypoth. sunt rationum *B*, *D*. suntque *A* ad *B*, logarithmicè proportionales, vt *C* ad *D*. *def.12.h* Ergo si *6A*, altior est, quàm *20B*; etiam *6C*, altior est, quàm *20D*: si æquealta; æquealta: si depressior; depressior. *hypoth.* Et sunt *6A*, *6C*, ipsarum *3A*, *3C*, æquemultiplicatæ; necnon *20B*, *20D*, ipsarum *4B*, *4D*, ęquemultiplicatæ. *def.12.h* Ergo *3A* ad *4B*, & *3C* ad *4D*, sunt logarithmicè proportionales. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 8. Prop.

SI fuerint duæ rationes, singulæ, ex binis compositæ, altiores, ex depressioribus, & quodammodo totæ, ex abscissa, & residua: fuerit autem vna tota ratio, ad alteram totam, æquemultiplicata; atque sua abscissa, ad alterius abscissam: erit & æquemultiplicata; atque sua residua, ad alterius residuam.

Hypoth.

Ratio *A+B*, ex rationibus *A*, & *B*, altior, ex depressioribus, componitur; item *C+D* ratio, ex rationibus *C*, & *D*, componitur: & esto *A+B*, ad *C+D*, æquemultiplicata, atque *A* ad *C*.

Dico *A+B* ad *C+D*, æquemultiplicatam etiam esse, atque *B* ad *D*.

Præpar.

Fiat ratio *G* ad *D*, æquemultiplicata, atque *A* ad *C*.

De-

Demonstr.

p. h. | A+G ad C+D, æquemultiplicata eſt, atque A ad C.
hypoth. | A+B ad C+D, ęquemultiplicata eſt, atque A ad C.
p. p. | A+B ratio, eadem eſt, quæ A+G.
| Et compoſita vtrimque conuerſa rationis A,
p. p. | B ratio, eadem eſt, quæ G.
p. p. | B ad D, æquemultiplicata eſt, atque A ad C.
p. h. | A+B ad C+D, æquemultiplicata eſt, atque B ad D. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 9. Prop. 9.

SI ratio, & quantitas, cuiuſdam rationis, & cuiuſdam quantitatis, æquè ſint multiplicata, & multiplex; & abſciſſa ratio, & abſciſſa quantitas, eiuſdem rationis, & eiuſdem quantitatis, æquè ſint multiplicata, & multiplex: reſidua ratio, & reſidua quantitas, eiuſdem rationis, & eiuſdem quantitatis, vel ſunt æquealta, & æqualis; vel æquè ſunt multiplicata, & multiplex.

Hypoth.

Ratio A+B, rationis C, æquemultiplicata eſt, atque quantitas a+b, multiplex quantitatis c; & ratio A, rationis C, æquemultiplicata eſt, atque quantitas a, multiplex quantitatis c.

Dico quòd, vel B æquealta eſt ipſi C; ſicut b, æqualis ipſi c: vel B æquemultiplicata eſt ipſius C; ſicut b

multiplex ipſius c.

Demonſtr.

hypoth. Numerus rationum C, ex quibus $A+B$ componitur, idem eſt qui quantitatum c, ex quibus $a+b$ colligitur: item numerus rationum C ex quibus A componitur, idem eſt qui quantitatum c, ex quibus a componitur. Quorum numerorum, vel eſt differentia vnitas, vel numerus.

Si vnitas eſt differentia; vna eſt ratio C, quacum compoſita ratio A, facit rationem $A+B$; & vna eſt quantitas c, quacum compoſita quantitas *hypoth.* a, facit quantitatem $a+b$. Sed & B ratio eſt, quacum compoſita A, facit rationem $A+B$; & b quantitas eſt, quacum compoſita a, facit quantitatem $a+b$. Ergo B ęquealta eſt ipſi C; atque b æqualis ipſi c.

Si verò numerus eſt differentia, tot ſunt rationes C, quibuſcum compoſita ratio A, facit rationem $A+B$; totidemque ſunt quantitates c, quibus cum compoſita quantitas a, facit quantita- *hypoth.* tem $a+b$. Sed B ratio eſt, quacum compoſita ratio facit rationem $A+B$; & b quantitas, quacum compoſita quantitas a, facit quantitatem $a+b$. Ergo quot ex C rationibus componitur B; tot ex c, quantitatibus componitur b. Ergo B ad C, æquemultiplicata eſt, atque b ad c, mul- *def.4.h.* tiplex. Ergo B ad C, vel æquealta eſt: atque

b ad *c*, æqualis: vel æquemultiplicata eſt; atque multiplex. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 10. *Prop.* 10.

SI duæ rationes, duarum rationum, ſint æquemultiplicatæ; & abſciſſæ quædam, ſint earumdem æquemultiplicatæ: & reſiduæ, eiſdem, aut æquealtæ ſunt, aut æquemultiplicatæ.

Hypoth.

Ratio *A+B*, rationis *C*, æquemultiplicata eſt, atque ratio *D+E*, rationis *F*; & ratio *A*, rationis *C*, æquemultiplicata eſt, atque ratio *D*, rationis *F*.

Dico rationem *B* rationis *C*, æquealtam eſſe, atque ratio *E* rationis *F*; vel æquemultiplicatam.

Demonſtr.

hypoth. Quot ex *C* rationibus, ratio *A+B* componitur, idem numerus eſt, indicans etiam, quot ex *F* rationibus, componitur ratio *D+E*. & quot ex *C* rationibus, ratio *A* componitur, idem numerus eſt, indicans etiam, quot ex *F* rationibus, ratio *D* componitur: quorum numerorum vel eſt differentia vnitas, vel numerus.

Si vnitas eſt differentia: vna eſt ratio *C*, quacum compoſita ratio *A*, facit rationem *A+B*; & vna eſt ratio *F*, quacum compoſita ratio *D*, facit

hypoth. rationem *D+E*. Sed & *B* cum *A*, & *E* cum

D, fa-

D, faciunt rationes compositas A+B, & D+E. Ergo B ad C eadem est, & æquealta, atque ratio E ad F. si enim binæ non essent æquealtę; esset vna binarum, æqualitati propior, quàm altera, & non essent eędem inter se.

Si verò numerus est differentia: totidem sunt rationes C, quibuscum ratio A composita, facit A+B rationem; quot etiam rationes F, quibuscum ratio D composita, facit D+E rationem.

hypoth. Sed & B cum A, & E cum D, faciunt rationes *def.4.h.* compositas A+B, & D+F. Ergo B ad C ęquemultiplicata est, atque E ad F. Ergo B ad C, vel æquęalta est, vel æquemultiplicata, atque E ad F. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 11. *Propos.* 11.

ÆQuealtæ, ad eamdem, eamdem habent rationem logarithmicam: & eadem, ad ęquealtas.

Hypoth.

Rationes A, & B sunt æquealtæ.

Dico A rationem, ad C, esse logarithmicè, vt B, ad C. Et C rationem, ad A, esse logarithmicè, vt C, ad B.

Præpar.

Sumantur ipsarum A, B, æquemultiplicatæ rationes D, E: & sumatur F ratio multiplicata, rationis C.

De-

Demonstr.

def.5.h. Quoniam *A* ad *C*, ratio est logarithmica; cuius inæqualitatis est ratio *C*, eiusdẽ est & *A*: item quoniam *B* ad *C*, ratio est logarithmica; cuius inæqualitatis est *C*, eiusdem est & *B*: ergo *A*, *B* rationes, eiusdem inter se sunt inæqualitatis: & sunt *A*, *B* æquealtæ: ergo sunt eædem inter se. si enim non essent eædem inter se, esset vna remotior ab ęqualitate, quàm altera, & non essent ęquealtæ. Sumptæ autem sunt *D*, *E* æquemultiplicatæ rationum *A*, *B* earumdem inter se: ergo

p. p. etiam *D*, *E*, sunt eædem inter se rationes, & æquealtę. Ergo si *D* est altior, quàm *F*, etiam *E* altior est, quàm *F*: si æquealta; æquealta: si de-

def.12.h pressior; depressior. Ergo ratio *A* ad *C*, est logarithmicè, sicut ratio *B* ad *C*. Quod &c. Necnon ratio *C* ad *A*, est logarithmicè, sicut *C* ad *B*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 12. *Prop.* 12.

Rationum non æquealtarum, altior ad eandem, maior est logarithmicè, quàm depressior: & eadem ad depressiorem, maior est logarithmicè, quàm ad altiorem.

Hypoth.

Esto ratio *A*+*B* altior, quàm *B*.

Dico *A*+*B*, ad *C*, maiorem esse logarithmicè, quàm *B*, ad *C*.

Et

Et *C*, ad *B*, maiorem logarithmicè, quàm *C*, ad *A+B*.

Præpar. & Demonstr.

Sumatur *A* ratio, quæ cum *B*, componit rationem *A+B*: & duarum rationum *A*, *B*, sumatur altera non altior, quæ sit *A*: & rationis *A*, totuplicata *D*, quoties oportet, vt fiat altior, quàm *C*; & rationis *B*, æquemultiplicata sumatur *E*. *def.7.h.*

Quoniam *A*, non est altior, quàm *B*; & *D*, *E* sunt æquemultiplicatæ ipsarum *A*, *B*: oportet *D* non esse altiorem, quàm *E*. si enim esset altior; ex ijsdem, vel ex propioribus æqualitati, vtrisq; maioris, vel vtrisque minoris inęqualitatis rationibus, esset remotior ab ęqualitate ratio composita. ergo *D*, est altior, quàm *C*: ergo *E*, est altior, quàm *C*. *cōtra p. p.&p.3.*

Sumatur ipsius *C*, bis, ter, quater, vel deinceps, quoties oportet, multiplicata ratio *F*, vt fiat primò altior quàm *E*. Quare ratio *F*, non est altior, quàm ratio *E+C*: est autem *D* altior, quàm *C*: ergo *D+E* altior est, quàm *E+C*. alioquin ex remotioribus ab æqualitate rationibus, vtrisque maioris, vel vtrisque minoris inæqualitatis, non altior fieret composita ratio, ideoque non remotior ab æqualitate, *contra p.p. & p. 3.* Sed *F*. non est altior, quàm *E+C*: ergo *D+E*, est altior, quàm *F*: & est *E* depressior, quàm *F*: & sunt *D*, *E* rationes æquemultiplicatæ, rationum *A*, *B*: &*D+E* ratio, est ęquemultiplicata, rationis *A+B*: *def.7.h.* *p. h.*

Ergo

def.14.h | Ergo $A+B$ ratio, ad rationem C, maior eſt logarithmicè, quàm B ad C. Quod &c. Et ratio
def.14.h | C, ad rationem B, maior eſt logarithmicè, quàm C, ad $A+B$. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 13. *Prop.* 13.

QVæ, ad eamdem, eamdem habent rationem logarithmicam; inter ſe ſunt eædem rationes logarithmicę: & ad quas eadem, eamdem habet logarithmicam; inter ſe ſunt eædem rationes logarithmicæ.

Hypoth. 1.

Ratio A ad rationem C, eſto logarithmicè, ſicut ratio B ad rationem C.

Dico rationes A, B, eſſe eaſdem inter ſe.

Demonſtr.

Quoniam A ad C, & B ad C, ſunt rationes
def.5.h. | logarithmicæ; cuius inęqualitatis eſt C ratio, maioris, vel minoris; eiuſdem ſunt A, & B rationes: quæ ſi non eædem eſſent inter ſe, non eſſent æquealtæ: & aſſignaretur earum altera altior. Aſſignetur
12. h. | A, ſi fieri poteſt, altior, quàm B: ergo A ad C, maior eſt logarithmicè, quàm B. *contra hypoth.* Ergo rationes A, B, ſunt eædem inter ſe. Quod &c.

Hypoth. 2.

Ratio C, ad rationem A, eſto logarithmicè, ſicut ratio C, ad rationem B.

Dico rationes *A*, *B*, esse easdem inter se.

Demonstr.

12. *h.* Assignetur *A*, si fieri potest depressior, quàm *B*: Ergo *C* ad *A*, maior est logarithmicè, quàm ad *B*: *contra hypoth.* Ergo *A* non est depressior, quàm *B*: item demonstrabitur, quod neque *B*
11. *h.* est depressior, quàm *A*: sunt ergo *A*, *B* rationes æquealtæ, & eædem inter se. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 14. *Prop.* 14.

RAtionum, ad eamdem rationem, quæ maior est logarithmicè, illa est altior: & ad quàm, eadem maior est logarithmicè, illa est depressior.

Hypoth. 1.

Ratio *A*, maior est logarithmicè ad *C*, quàm *B*.

Dico *A*, altiorem esse, quàm *B*.

Demonstr.

Esto *A* non altior, quàm *B*, si fieri potest: erit itaque vel æquealta, vel depressior. Sunto *A*, *B*
11. *h.* æquealtæ, si fieri potest. Ergo *A* ad *C*, est logarithmicè, sicut *B*. *contra hypoth.* Esto *A* depres-
12. *h.* sior, quàm *B*, si fieri potest. Ergo *B* ad *C*, minor est logarithmicè, quàm *A*. *contra hypoth.* Ergo *A*, non est æquealta, neque depressior, quàm *B*: ergo est altior. Quod &c.

Hy-

Hypoth. 2.

Ratio *C* ad *A*, maior est logarithmicè, quàm ad *B*. Dico *A*, depressiorem esse, quàm *B*.

Demonstr.

Esto *A* non depressior, quàm *B*, si fieri potest: erit itaque vel æquealta, vel altior. Sunto *A*, *B*
11. *h.* æquealtæ, si fieri potest. Ergo *C* ad *A*, est logarithmicè, sicut ad *B*. *contra hypoth.* Esto *A* altior,
12. *h.* quàm *B*, si fieri potest. Ergo *C* ad *A*, minor est logarithmicè, quàm ad *B*. *contra hypoth.* Ergo *A* non est æquealta, neque altior, quàm *B*: ergo est depressior. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 15. *Prop.* 15.

QVæ eidem sunt eædem rationes, inter se sunt eędem, tùm logarithmicè, tùm absolutè.

Hypoth. 1.

Rationes *A* ad *B*, logarithmicè sunt, vt quantitates *c* ad *d*: & *c* ad *d* quantitates, vt quantitates *e* ad *f*.

Dico rationes *A* ad *B*, logarithmicè esse, sicut quantitates *e* ad *f*.

Hypoth. 2.

Rationes *A* ad *B*, logarithmicè sunt, vt quantitates *c* ad *d*: & *c* ad *d* quantitates, sunt sicut logarithmicè rationes *E* ad *F*.

Dico rationes *A* ad *B*, esse logarithmicè, sicut rationes *E* ad *F*.

Hypoth. 3.

Quantitates *a* ad *b*, sunt inter se, sicut logarithmicè, rationes *C* ad *D*: & rationes *C* ad *D*, logarithmicè sunt, sicut quantitates *e* ad *f*.

Dico *a* ad *b*, esse vt *e* ad *f*.

Hypoth. 4.

Quantitates *a* ad *b*, sunt inter se, sicut logarithmicè, rationes *C* ad *D*: & rationes *C* ad *D*, logarithmicè sunt, vt rationes *E* ad *F*.

Dico quantitates *a* ad *b* esse, sicut logarithmicè, rationes *E* ad *F*.

Hypoth. 5.

Rationes *A* ad *B*, logarithmicè sunt, vt rationes *C* ad *D*: & rationes *C* ad *D*, logarithmicè, vt rationes *E* ad *F*.

Dico rationes *A* ad *B* logarithmicè esse, sicut rationes *E* ad *F*.

Præpar. comm.

Sumantur ipsarum rationum, vel quantitatum *A*, *C*, *E*, æquemultiplicatæ, & æquemultiplices, 3*A*, 3*C*, 3*E*: necnon ipsarum *B*, *D*, *F*, æquemultiplicatæ, & æquemultiplices, 4*B*, 4*D*, 4*F*.

Demonstr. comm.

def. 8 vel 12. h. vel 65. Si 3*A*, altior est, vel maior, quàm 4*B*; etiam 3*C*, altior est, vel maior, quàm 4*D*. Quod si 3*C*, altior est, vel maior, quàm 4*D*; etiam 3*E* altior est, vel maior, quàm 4*F*. Ergo si 3*A* altior est, vel

vel maior, quàm $4B$; etiam $3E$ altior eſt, vel maior, quàm $4F$. Item ſi æquealta, vel æqualis; etiam æquealta, vel æqualis: ſi depreſſior, vel minor; etiam depreſſior, vel minor. Ergo proportionales ſunt ſiue rationes, ſiue quantitates, vel mixtim A ad B, ſicut E ad F: tùm logarithmiſiè, ſiquæ ſunt rationes; tùm abſolutè, ſi nullæ ſunt rationes, ſed ſolùm quantitates. Quod &c.

def 8 vel 12. h. vel 6. 5.

Quare &c.

Theor. 16. Prop. 16.

SI ſint quotcunque rationes logarithmicè proportionales, quemadmodum ſe habuerit logarithmicè vna antecedentium ad vnam conſequentium; ita logarithmicè ſe habebit compoſita ex omnibus antecedentibus, ad compoſitam ex omnibus conſequentibus.

Hypoth.

Rationes A ad B, & C ad D, & E ad F, ſunt logarithmicè proportionales. Ex rationibus A, C, & E compoſita eſt $A+C+E$: & ex rationibus B, D, & F compoſita eſt $B+D+F$.

Dico $A+C+E$ ad $B+D+F$, & A ad B, eſſe logarithmicè proportionales.

Præpar.

Rationum A, C, E ſumantur æquemultiplicatæ rationes $3A$, $3C$, $3E$: ex quibus compoſita ratio $3A+3C+3E$. Item rationum B, D, F, ſumantur æquemultiplicatæ

catæ rationes $4B$, $4D$, $4F$: ex quibus composita ratio $4B+4D+4F$.

Demonstr.

def.12.h | Quoniam A ad B, & C ad D, sunt logarithmicè proportionales: si $3A$ altior est, quàm $4B$; etiam $3C$ altior est, quàm $4D$: si æquealta; æquealta: si depressior; depressior. Item quoniam C ad D, & E ad F, sunt logarithmicè proportionales: si $3C$ altior est, quàm $4D$; etiam $3E$, altior est, quàm $4F$: si æquealta; æquealta: si depressior; depressior. Ergo si $3A$, altior est, quàm $4B$: etiam $3A+3C+3E$ altior est quàm $4B+4D+4F$: si æquealta; æquealta: si depressior; depressior. & est $3A+3C+3E$ ad $A+C+E$, totuplicata, quotuplicata est $3A$ ad A: item $4B+4D+4F$, ad $B+D+F$. totuplicata est, quotuplicata $4B$ ad B. Ergo $A+C+E$ ad $B+D+F$, & A ad B, sunt logarithmicè proportionales. Quod &c.

p. h.

def.12.h

Quare &c.

Theor. 17. Propos. 17.

SI sex vel rationum, vel & quantitatum mixtim, prima ad secundam eamdem habuerit rationem, quàm tertia ad quartam: tertia verò ad quartam maiorem habuerit, quàm quinta ad sextam: etiam prima ad secundam, maiorem habebit, quàm quinta ad sextam.

Hy-

Hypoth. 1.

Quantitates *a* ad *b*, & *c* ad *d*, ſunt proportionales: ſed quantitatum *c* ad *d* ratio, maior eſt, quàm logarithmica, *E* ad *F* rationum.

Dico quantitatum *a* ad *b* rationem maiorem eſſe, quàm logarithmica *E* ad *F* rationum.

Hypoth. 2.

Quantitates *a* ad *b*, & rationes *C* ad *D*, ſunt logarithmicè proportionales: ſed rationum logarithmica ratio *C* ad *D*, maior eſt quàm quantitatum *e* ad *f*.

Dico *a* ad *b* maiorem eſſe, quàm *e* ad *f*.

Hypoth. 3.

Rationes *A* ad *B*, & quantitates *c* ad *d*, ſunt logarithmicè proportionales: ſed quantitatum ratio *c* ad *d*, maior eſt, quàm *e* ad *f*.

Dico rationum logarithmicam *A* ad *B*, maiorem eſſe, quàm *e* ad *f*.

Hypoth. 4.

Quantitates *a* ad *b*, & rationes *C* ad *D*, ſunt logarithmicè proportionales: ſed rationum *C* ad *D* logarithmicè maior eſt, quàm *E* ad *F*.

Dico quantitatum *a* ad *b* rationem maiorem eſſe, quàm rationum logarithmica *E* ad *F*.

Hypoth. 5.

Rationes *A* ad *B*, & quantitates *c* ad *d* ſunt proportionales logarithmicè: ſed quantitatum *c* ad *d*, maior eſt rato, quàm logarithmica rationum *E* ad *F*.

Dico

Dico *A* ad *B*, maiorem esse logarithmicè, quàm *E* ad *F*.

Hypoth.6.

Rationes *A* ad *B*, & *C* ad *D* sunt proportionales: sed *C* ad *D* ratio, logarithmicè maior est, quàm *e* ad *f*.

Dico rationum *A* ad *B* logarithmicam rationem, maiorem esse, quàm quantitatum *e* ad *f*.

Hypoth.7.

Rationes *A* ad *B*, & *C* ad *D*, sunt proportionales: sed *C* ad *D* rationum ratio logarithmicè maior est quàm *E* ad *F* ratio logarithmica.

Dico *A* ad *B* logarithmicè maiorem esse, quàm *E* ad *F*.

Præpar. comm.

Sumantur æquemultiplicatę rationum rationes, & ęquemultiplices quantitatum quantitates; antecedentium *A*, *C*, *E*, antecedentes 3*A*, 3*C*, 3*E*; & consequentium *B*, *D*, *F* consequentes 4*B*, 4*D*, 4*F*: secundum eas multiplicationes; quibus 3*C*, altior quidem est, vel maior, quàm 4*D*; sed 3*E*, non altior, vel non maior est, quàm 4*F*.

Demonstr. commun.

def 8 vel 12.h. vel 6. 5. def. 10. vel 11. vel 14.h vel 8.5.

Quoniam 3*C* est altior, vel maior, quàm 4*D*: ergo etiam 3*A* est altior, vel maior, quàm 4*B*: & interim 3*E* non altior est, vel non maior, quàm 4*F*. ergo *A* ad *B*, maior est, quàm *C* ad *D*, siuè logarithmicè, siuè absolutè. Quod &c.

Quare &c.

Theo-

Theor. 18. *Prop.* 18.

Rationum logarithmicè proportionalium, si prima fuerit altior, quàm tertia: erit & secunda altior, quàm quarta: si æquealta; æquealta: si depressior; depressior.

Hypoth. commun.

Rationes *A* ad *B*, & *C* ad *D*, sunt logarithmicè proportionales.

Hypoth. 1.

Altior est ratio *A*, ratione *C*.

Dico, quòd altior est ratio *B*, ratione *D*.

Demonstr.

Esto, si fieri potest, non altior *B* ratio, quàm *D*: ergo vel est æquealta, vel depressior. Esto si
12. *b.* fieri potest æquealta. Ergo *A* ad *B*, maior est
11. *b.* logarithmicè, quàm *C* ad *B*: sed *C* ad *B* eadem
17. *b.* est logarithmicè, quæ *C* ad *D*. Ergo *A* ad *B* maior est logarithmicè quàm *C* ad *D*, *contra hypoth.* Non sunt ergo *B*, *D* rationes æquealtæ.

12. *b.* Esto, si fieri potest, *B* depressior, quàm *D*. Ergo *C* ad *B*, maior est logarithmicè, quàm *C* ad
hypoth. *D*. Sed *A* ad *B*, est logarithmicè, vt *C* ad *D*. Er-
17. *b.* go *C* ad *B*, maior est logarithmicè, quàm *A* ad
14. *b.* *B*. Ergo *C* altior est, quàm *A*. *contra hypoth.* Non est ergo *B* depressior, quàm *D*; neque æquealta: ergo *B* est altior, quàm *D*. Quod &c.

Hypoth. 2.

Æquealtæ ſunt rationes *A*, *C*.

Dico quòd & æquealtæ ſunt rationes *B*, *D*.

Demonſt.

Sunto *B*, *D* non æquealtæ, ſi fieri poteſt: &
12. *h.* eſto *B* altior, quàm *D*. Ergo *C* ad *D*, maior
hypoth. eſt logarithmicè, quàm *C* ad *B*. Sed *A* ad *B*, ea-
17. *h.* dem eſt logarithmicè, quæ *C* ad *D*. Ergo *A* ad
14. *h.* *B*, maior eſt logarithmicè, quàm *C* ad *B*. Ergo
A, altior eſt, quàm *C*. *contra hypoth.* Sunt ergo
B, *D* æquealtæ. Quod &c.

Hypoth.

Depreſſior eſt *A*, quàm *C*.

Dico quòd & *B* depreſſior eſt, quàm *D*.

Demonſtr.

hypoth. Altior eſt *C* quàm *A*: & eſt *C* ad *D* logari-
ſup. thmicè, vt *A* ad *B*: ergo altior eſt *D*, quàm *B*:
def. 2. *h.* ergo depreſſior eſt *B*, quàm *D*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 19. *Prop.* 19.

SVbmultiplicatæ rationes, cum pariter multiplicatis, in eadem ſunt ratione logarithmica, ſi prout ſibi mutuò reſpondent, ita ſumantur.

Hypoth.

Rationũ *A*, *B*, ſunt æquemultiplicatę rationes 3 *A*, 3 *B*.

Dico *A* ad *B*, atque 3 *A* ad 3 *B*, eſſe logarithmicè proportionales.

De-

Demonstr.

| Rationes *A* ad *B*, & *A* ad B, & *A* ad B, quotcunque oportet, acceptæ, sunt proportionales: ergo ex antecedentibus composita 3 *A*, ad ex consequentibus compositam 3 B, est logarithmicè, vt *A* ad B. Quod &c.

16. *h.*

Quare &c.

Theor. 20. *Prop.* 20.

RAtiones logarithmicè proportionales, permutando, sunt logarithmicè proportionales.

Hypoth.

Sint rationes logarithmicè proportionales, *A* ad B, vt *C* ad *D*.

Dico permutando, esse logarithmicè proportionales, *A* ad *C*, vt B ad *D*.

Præpar.

Rationum *A*, *B*, sumantur æquemultiplicatę 3 *A*, 3 B: & rationum *C*, *D*, æquemultiplicatæ 2 *C*, 2 *D*.

Demonstr.

19. *h.* | Rationes 3 *A* ad 3 *B*, & *A* ad *B*, sunt lo-
hypoth. | garithmicè proportionales. item *A* ad *B*, & *C*
19. *h.* | ad *D*. item *C* ad *D*, & 2 *C* ad 2 *D*. Ergo
15. *h.* | 3 *A* ad 3 *B*, & 2 *C* ad 2 *D* sunt logarithmicè
18. *h.* | proportionales. Ergo si 3 *A*, est altior, quàm
| 2 *C*; etiam 3 *B*, est altior, quàm 2 *D*: si æque-
def. 12. *h* | alta; æquealta: si depressior; depressior. Ergo *A*

ad *C*, & *B* ad *D*, sunt logarithmicè proportionales. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 21. *Prop.* 21.

Rationes inter se, vel & cum quantitatibus, logarithmicè proportionales, diuidendo, sunt logarithmicè proportionales.

Hypoth. 1.

Rationes *A+B* ad *B*, & *C+D* ad *D*, sunt logarithmicè proportionales.

Dico diuidendo rationes *A* ad *B*, & *C* ad *D*, esse logarithmicè proportionales.

Præpar.

Sumantur ipsarum *A*, *B*, *C*, *D*, æquemultiplicatæ 3*A*, 3*B*, 3*C*, 3*D*: necnon ipsarum *C*, *D*, aliæ quælibet æquemultiplicatæ 4*C*, 4*D*.

Demonstr.

Rationes 3*A*, 3*B*, ęquemultiplicatæ sunt ra-
p. h. tionum *A*, *B*: Ergo ratio 3*A*+3*B* totuplicata
constr. est rationis *A+B*, quotuplicata est 3*A* ipsius
p. h. *A*: necnon 3*C*, & 3*D* ipsarum *C*, & *D*: necnon ratio 3*C*+3*D* rationis *C+D*.

constr. Rationes quoque 3*C*, 3*D*, rationum *C*, *D*; & rationes 4*C*, 4*D*, earumdem *C*, *D* ratio-
3. h. num sunt æquemultiplicatæ: ergo etiam 7*C*, 7*D*, earumdem *C*, *D* rationum sunt æquemultiplicatæ.

Et

hypoth. Et quoniam rationes $A+B$ ad B, & $C+D$
def. 12. b ad D, sunt logarithmicè proportionales: si $3A+3B$, altior est, quàm $7B$; etiam $3C+3D$, altior est, quàm $7D$: si æquealta; æquealta: si depressior; depressior.

Sed si $3A$ altior est, quàm $4B$; adcomposita communi ratione $3B$; etiam $3A+3B$ altior est,
4. 3. quàm $7B$. nam eiusdem maioris, vel eiusdem minoris inæqualitatis, ex remotioribus rationibus ab æqualitate, composita ratio, est remotior; & ex propioribus, propior. & ostensum est, quòd si $3A+3B$, altior est quàm $7B$; etiam $3C+3D$, altior est, quàm $7D$: & seposita communi ratio-
4. 3. ne $3D$; altior est $3C$, quàm $4D$. nam si $3C$, non esset altior, quàm $4D$: composita, $3D$; fieret ratio $3C+3D$, non altior, quàm $7D$. *contra superius probata*.

Ergo si $3A$ altior est, quàm $4B$, etiam $3C$ altior est, quàm $4D$: similiter ostendetur, si æque-
def. 12. b alta; æquealta: si depressior; depressior. Ergo A ad B, est logarithmicè, vt C ad D. Quod &c.

Hypoth. 2.

Rationes $A+B$ ad B, & quantitates $a+b$ ad b, sunt logarithmicè proportionales.

Dico diuidendo, rationes A ad B, & quantitates a ad b esse logarithmicè proportionales.

Præpar.

Rationum *A*, *B*, & quantitatum *a*, *b*, sumantur æquemultiplicatæ rationes $3A$, $3B$, & æquemultiplices quantitates $3a$, $3b$. item rationis *B*, & quantitatis *b*, multiplicata ratio $4B$, & æquemultiplex quantitas $4b$.

Demonstr.

p. h. Ratio $3A+3B$, totuplicata est rationis $A+B$,
constr. quotuplicata est $3A$, ipsius *A*; & quantitas $3a$,
p. 5. quantitatis *a*; & quantitas $3b$, quantitatis *b*; & quantitas $3a+3b$, quantitatis $a+b$.

constr. Quantitates quoque $3a$, $3b$, quantitatum *a*, *b*; & quantitates $4a$, $4b$, earumdem *a*, *b*, sunt
2. 5. æquemultiplices: ergo $7a$, $7b$, earumdem *a*, *b*, sunt æquemultiplices.

hypoth. Et quoniam rationes $A+B$ ad *B*, & quantitates $a+b$ ad *b*, sunt logarithmicè proportiona-
def 8. h. les: si $3A+3B$, altior est, quàm $7B$; etiam $3a+3b$, maior est, quàm $7b$: si æquealta; æqualis: si depressior; minor.

sup. Sed si $3A$, altior est, quàm $4B$; etiam $3A+3B$, altior est, quàm $7B$: & si $3a+3b$, maior est, quàm $7b$; etiam, dempta communi $3b$, relinquitur $3a$, maior quàm $4b$. Ergo si $3A$, altior est, quàm $4B$; etiam $3a$, maior est, quàm $4b$: & similiter ostendetur, si æquealta; æquali: si de-
def. 8. h. dressior; minor. Ergo rationes *A* ad *B*, & quantitates *a* ad *b*, sunt logarithmicè proportionales. Quod &c. Quare &c.

Theor. 22. *Prop.* 22.

RAtiones inter se, vel & cum quantitatibus, logarithmicè proportionales, componendo, sunt logarithmicè proportionales.

Hypoth. 1.

Rationes *A* ad *B*, & *C* ad *D*, sunt logarithmicè proportionales.

Dico componendo, rationes *A+B* ad *B*, & *C+D* ad *D*, esse logarithmicè proportionales.

Præpar.

Assumatur *E* ratio, ad quàm *C+D* sit logarithmicè, sicut *A+B* ad B.

Demonstr.

constr. Quoniam *A+B* ad B, & *C+D* ad *E*, sunt lo-
21. *h.* garithmicè proportionales: ergo diuidendo *A*
ad B, & *C+D---E* ad *E*, sunt logarithmicè
hypoth. proportionales. Sed *A* ad B, & *C* ad *D* sunt
15. *h.* logarithmicè proportionales. Ergo *C* ad *D*, &
C+D---E ad *E*, sunt logarithmicè proportionales. Ergo *D*, æquealta est, ideoque eadem, atque *E*.

18. *h.* Nam si *D*, esset altior, quàm *E*: esset *C* altior,
4. 3. quàm *C+D---E*. Sed contra, esset *C+D* altior,
4. 3. quàm *C+E*: & *C+D---E*, altior, quàm *C*: quod
est contradictio. Rursum si *D*, esset depressior,
18. *h.* quàm *E*: esset *C*, depressior, quàm *C+D---E*.
4. 3. Sed contra, esset *C+D*, depressior; quàm *C+E*:

&

4. 3. & $C+D-E$, depressior, quàm C: quod est contradictio.

Ergo D eadem est, atque E. Ergo $C+D$ ad
18. *h.* D, & $C+D$ ad E, sunt proportionales logarithmi-
constr. cè. Sed $A+B$ ad B est vt $C+D$ ad E: ergo A
15. *h.* $+B$ ad B, est vt $C+D$ ad D logarithmicè. Quod &c.

Hypoth. 2.

Rationes A ad B, & quantitates a ad b, sunt logarithmicè proportionales.

Dico componendo, rationes $A+B$ ad B, & quantitates $a+b$ ad b, esse logarithmicè proportionales.

Præpar.

Assumatur e quantitas, ad quàm, $a+b$ est logarithmicè, sicut ratio $A+B$, ad rationem B.

Demonstr.

constr. Quoniam $A+B$ ad B, & $a+b$ ad c, sunt logarithmicè proportionales: ergo diuidendo A ad B, & $a+b-c$ ad c, sunt logarithmicè, propor-
hypoth. tionales. Sed A ad B, & a ad b, sunt logari-
15. *h.* thmicè proportionales. Ergo a ad b, & $a+b$ $-c$ ad c, sunt proportionales. Ergo b, c, sunt quantitates æquales.

14. 5. Nam si b, maior esset, quàm c: esset a, maior, quàm $a+b-c$. Sed contra, esset $a+b$, maior, quàm $a+c$: & $a+b-c$, maior, quàm a: quod
14. 5. est contradictio. Rursum si b, minor esset, quàm

c: esset

c: esset a, minor, quàm $a+b$ --- c. sed contra, esset $a+b$, minor, quàm $a+c$: & $a+b$ --- c, minor quàm a: quod est contradictio.

7. 5. Ergo b, c, sunt æquales. Ergo $a+b$, ad b,
constr. est vt $a+b$ ad c: Sed ratio $A+B$ ad rationem
15. *h.* B, est logarithmicè, vt quantitas $a+b$ ad quantitatem c: Ergo etiam est logarithmicè, vt $a+b$ ad b. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 23. *Prop.* 23.

SI quemadmodum tota ratio, ad totam, ita logarithmicè fuerit abscissa ratio, ad abscissam: erit & residua, ad residuam, sicut logarithmicè tota ad totam.

Hypoth.

Rationes $A+B$ ad $C+D$, & A ad C, sunt proportionales logarithmicè.

Dico etiam $A+B$ ad $C+D$, & B ad D, esse proportionales logarithmicè.

Demonstr.

hypoth. Rationes $A+B$ ad $C+D$, & A ad C, sunt
20. *h.* proportionales logarithmicè: ergo permutando,
21. *h.* sunt proportionales logarithmicè $A+B$ ad A, & $C+D$ ad C: ergo diuidendo, B ad A, &
20. *h.* D ad C, sunt proportionales: ergo permutando B ad D, & A ad C, sunt proportionales: Sed A ad C, & $A+B$ ad $C+D$ sunt proportio-

15. *b.* | nales. Ergo $A+B$ ad $C+D$, & B ad D, sunt logarithmicè proportionales. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 24. Prop. 24.

SI ſint tres rationes, atque tres quantitates, quæ binæ, & in eadem ratione logarithmica ſumantur: ex æquo autem prima ratio, quàm tertia, altior fuerit; erit & prima quantitas, quàm tertia, maior: quod ſi prima ratio, fuerit æquealta tertiæ; erit & prima quantitas, æqualis tertiæ: ſin illa depreſſior; hęc quoque minor erit. Et è conuerſo.

Hypoth. commun.

Tres rationes A, B, C, & tres quantitas a, b, c, binæ, & binæ, ſunt logarithmicè proportionales: A ad B, vt a ad b; B ad C, vt b ad c.

Hypoth. 1.

Altior eſt ratio A, quàm C.

Dico, maiorem eſſe quantitatem a, quàm c.

Demonſtr.

12. *b.* | Ratio B ad C, maior eſt logarithmicè, quàm
hypoth.
def. 8. b. | B ad A: ſed b ad c eſt logarithmicè vt B ad
17. *b.* | C: & B ad A, eſt logarithmicę, vt b ad a: er-
10. 5. | go b ad c, maior eſt, quàm b ad a. Ergo maior eſt a, quàm c. Quod &c.

Hypoth. 2.

Æquealtæ ſunt rationes A, C.

Dico, æquales eſſe quantitates a, c.

De-

Demonstr.

11. h. sup. 9. 5. | Ratio *B* ad *C*, est logarithmicè, vt *B* ad *A*. Ergo *b* ad *c*, est vt *b* ad *a*. Ergo æquales sunt *a*, *c*. Quod &c.

Hypoth. 3.

Depressior est ratio *A*, quàm *C*.

Dico, minorem esse quantitatem *a*, quàm *c*.

Demonstr.

def. p. h. sup. | Altior est, *C*, quàm *A*: ergo maior est *c*, quàm *a*: Ergo minor est *a*, quàm *c*. Quod &c.

Eodem modo demonstrabitur è conuerso: quòd si *a* quantitas, maior est quantitate *c*: etiam ratio *A*, ratione *C* est altior: si æqualis; æquealta: si minor; depressior. Quod. &c.

Quare &c.

Theor. 25. *Prop.* 25.

SI sint tres rationes, aliæque ipsis æquales numero, quę binæ, & in eadem ratione logarithmica sumantur: ex æquo autem, prima quàm tertia altior fuerit; erit & quarta, quàm sexta altior. Quod si prima tertiæ fuerit æquealta; erit & quarta æquealta sextæ: sin illa depressior; hæc quoque depressior erit.

Hypoth. commun.

Tres rationes *A*, *B*, *C*, aliæque tres *D*, *E*, *F*, binæ, & binæ sunt logarithmicè proportionales; *A* ad *B*, vt *D* ad *E*; *B* ad *C*, vt *E* ad *F*.

Hypoth. 1.

Altior est ratio *A*, quàm *C*.

Dico altiorem esse *D*, quàm *F*.

Demonst.

12. *h.* | Maior est *B*, ad *C*, logarithmicè, quàm *B* ad
hypoth. | *A*. Sed *B* ad *C* est logarithmicè, vt *E* ad *F*: &
*def.*12.*h* | *B* ad *A*, logarithmicè, vt *E* ad *D*. Ergo maior
17. *h.* | est *E* ad *F*, logarithmicè, quàm *E* ad *D*. Ergo
14. *h.* | altior est *D*, quàm *F*. Quod &c.

Hypoth. 2.

Æquealtæ sunt rationes *A*, *C*.

Dico, æquealtas esse rationes *D*, *F*.

Demonstr.

11. *h.* | Eadem est *B* ad *C*, logarithmicè, quæ *B*
sup. | ad *A*. Ergo eadem est *E* ad *F* logarithmicè quæ
13. *h.* | *E* ad *D*. Ergo æquealtæ sunt rationes *D*, *F*.
| Quod &c.

Hypoth. 3.

Depressior est *A*, quàm *C*.

Dico, depressiorem esse *D*, quàm *F*.

Demonstr.

def p.h. | Altior est enim *C*, quàm *A*: ergo altior est *F*,
1 *sup.* | quàm *D*: ergo depressior est *D*, quàm *F*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 26. *Prop.* 26.

SI sint tres quantitates, atque tres rationes, quę binæ, & in eadem ratione logarithmica sumantur; fueritque per-

perturbata earum proportio: ex æquo autem prima quantitas, quàm tertia, maior fuerit; erit & prima ratio, quàm tertia, altior. Quod si prima tertiæ fuerit æqualis quantitas; erit & prima tertiæ, æquealta ratio: sin illa minor, hęc quoque depressior erit. Et è conuerso.

Hyppth. commun.

Tres quantitates *a*, *b*, *c*, atque tres rationes *A*, *B*, *C*, binę, & binæ, sunt logarithmicè, proportionales; & earum perturbata est proportio: quantitates enim *a* ad *b*, & rationes *B* ad *C*, sunt logarithmicè proportionales: necnon quantitates *b* ad *c*, & rationes *A* ad *B*, sunt logarithmicè proportionales.

Hypoth. 1.

Maior est *a*, quàm *c*.

Dico altiorem esse *A*, quàm *C*.

Demonstr.

8. 5. Maior est *b* ad *c* ratio, quàm *b* ad *a*; Sed
hypoth. *b* ad *c*, est logarithmicè, vt *A* ad *B*: & *b* ad
def. 8. *h.*
17. *h.* *a*, logarithmicè, vt *C* ad *B*. Ergo *A* ad *B*,
14. *h.* maior est logarithmicè, quàm *C* ad *B*. Ergo altior est *A*, quàm *C*. Quod &c.

Hypoth. 2.

Æquales sunt *a*, *c*.

Dico æquealtas esse *A*, *C*.

Demonstr.

7. 5. Eadem est *b* ad *c*, quæ *b* ad *a*. Ergo eadem
sup. est logarithmicè *A* ad *B*, quæ *C* ad *B*. Ergo *A*, *C*
13. *h.* sunt æquealtæ. Quod &c. *Hy-*

Hypoth. 3.

Minor est *a*, quàm *c*.

Dico depressiorem esse *A*, quàm *C*.

Demonstr.

sup. | Maior est *c*, quàm *a*: Ergo altior est *C*, quàm
def.2.h. | *A*: ergo depressior est *A*, quàm *C*. Quod &c.

Eodem modo demonstrabitur è conuerso: quòd si ratio *A*, ratione *C*, est altior; etiam quantitas *a*, quantitate *c*, est maior: si æquealta; æqualis: si depressior; minor. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 27. *Prop.* 27.

SI sint tres rationes, & aliæ ipsis æquales numero, quæ binæ, & in eadem ratione logarithmica sumantur; fueritque perturbata earum proportio logarithmica: ex æquo autem prima, quàm tertia altior fuerit; erit & quarta, quàm sexta, altior. Quòd si prima tertiæ fuerit æquealta; erit & quarta æquealta sextæ: sin illa depressior; hæc quoque depressior erit.

Hypoth. commun.

Tres rationes *A*, *B*, *C*, aliæque tres *D*, *E*, *F*, binæ, & binæ, sunt logarithmicè proportionales; & earum perturbata est proportio: sunt enim *A* ad *B*, & *E* ad *F*, logarithmicè proportionales: necnon *B* ad *C*, & *D* ad *E*, sunt proportionales logarithmicè.

Hy-

Hypoth. 1.

Altior est *A*, quàm *C*.

Dico altiorem esse *D*, quàm *F*.

Demonstr.

12. *h.* | Maior est logarithmicè, *B* ad *C*, quàm *B* ad
hypoth. | *A*: sed *B* ad *C*, est vt *D* ad *E*: & *B* ad *A* est,
def. 12. *h* | vt *F* ad *E*, logarithmicè: ergo *D* ad *E* maior
17. *h.* | est logarithmicè, quàm vt *F* ad *E*: Ergo *D* al-
14. *h.* | tior est, quàm *F*. Quod &c.

Hypoth. 2.

Æquealtæ sunt *A*, *C*.

Dico æquealtas esse *D*, *F*.

Demonstr.

11. *h.* | Eadem est *B* ad *C* logarithmicè, quæ *B* ad
sup. | *A*. Ergo eadem est *D* ad *E* logarithmicè, quæ
13. *h.* | *F* ad *E*. Ergo *D*, *F* sunt æquealtæ. Quod &c.

Hypoth. 3.

Depressior est *A*, quàm *C*.

Dico depressiorem esse *D*, quàm *F*.

Demonstr.

def. p.h. | Altior est *C*, quàm *A*: ergo altior est *F*, quàm
sup. | *D*: ergo depressior est *D*, quàm *F*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 28. *Prop.* 28.

SI sint quotcunque rationes totidemque quantitates, quæ binæ, in eadem ratione logarithmica sumantur:

&

& ex æqualitate in eadem erunt ratione logarithmica.

Hypoth.

Sint quotcunque rationes *A*, *B*, *C*, *D*, totidemque quantitates *a*, *b*, *c*, *d*: binæ, & binæ logarithmicè proportionales: *A* ad *B*, vt *a* ad *b*; *B* ad *C*, vt *b* ad *c*; *C* ad *D*, vt *c* ad *d*.

Dico ex æqualitate, *A* ad *C*, & *a* ad *c*, esse logarithmicè proportionales.

Item *A* ad *D*, & *a* ad *d* esse logarithmicè proportionales.

Præpar.

Rationis *A*, & quantitatis *a*, sumantur ęquemultiplicata, & multiplex, 3*A*, 3*a*: item rationis, & quantitatis, *B*, *b*, sumantur, 4*B*, 4*b*: & rationis, & quantitatis, *C*, *c*, sumantur, 2*C*, 2*c*.

Demonstr.

hypoth. | Quoniam *A* ad *B*, & *a* ad *b*, sunt logarithmicè proportionales: ergo 3*A* ad 4*B*, & 3*a* ad 4*b*, sunt logarithmicè proportionales.
6. h. | Item quoniam *B* ad *C*, & *b* ad *c*, sunt loga-
hypoth. | rithmicè proportionales: ergo 4*B* ad 2*C*, &
6. h. | 4*b* ad 2*c*, sunt logarithmicè proportionales. Er-
24. h. | go ex æquali, si 3*A* est altior, quàm 2*C*; etiam 3*a* est maior, quàm 2*c*: si æquealta; æqualis: si
def. 8. h. | depressior; minor. Ergo *A* ad *C*, & *a* ad *c* sunt logarithmicè proportionales. Quod &c.
hypoth. | Sunt autem *C* ad *D*, & *c* ad *d*, logarithmicè pro-

sup. | cè proportionales. Ergo *A* ad *D*, & *a* ad *d*, | sunt logarithmicè proportionales. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 29. Propos. 29.

SI sint quotcunque rationes, & aliæ ipsis æquales numero, quæ binæ, & in eadem logarithmica ratione sumantur: & ex æqualitate, in eadem erunt logarithmica ratione.

Hypoth.

Sint quotcunque rationes, & aliæ totidem, *A*, *B*, *C*, *D*, & *E*, *F*, *G*, *H*: quæ binæ, & in eadem ratione sumantur: videlicet, *A* ad *B*, & *E* ad *F*: item *B* ad *C*, & *F* ad *G*: necnon *C* ad *D*, & *G* ad *H*.

Dico ex æqualitate *A* ad *C*, & *E* ad *G*, esse logarithmicè, proportionales.

Item *A* ad *D*, & *E* ad *H*, esse logarithmicè proportionales.

Præpar.

Rationum *A*, *E*, sumantur æquemultiplicatæ, 3*A*, 3*E*: item rationum *B*, *F*, æquemultiplicatæ 4*B*, 4*F*: & rationunm *C*, *G*, æquemultiplicatæ 2*C*, 2*G*.

Demonstr.

hypoth. | Quoniam *A* ad *B*, & *E* ad *F*, sunt logarithmicè proportionales, etiam 3*A* ad 4*B*, &
7. h. | 3*E* ad 4*F*, sunt logarithmicè proportionales.
hypoth. | item quoniam *B* ad *C*, & *F* ad *G*, sunt lo-

7. h. garithmicè proportionales; etiam $4B$ ad $2C$, & $4F$ ad $2G$, sunt logarithmicè, proportio-
25. h. nales. Ergo si $3A$ altior est quàm $2C$; etiam $3E$ altior est, quàm $2G$: si ęquealta; æquealta: si
def. 12. h depressior; depressior. Ergo A ad C, & E ad G, sunt logarithmicè proportionales. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 30. *Prop.* 30.

SI sint tres quantitates, totidemque rationes, quæ binæ in eadem ratione logarithmica sumantur; fuerit autem perturbata earum proportio: & ex æqualitate, in eadem erunt ratione logarithmica.

Hypoth.

Sint tres quantitates a, b, c, totidemque rationes A, B, C, binæ, & binæ logarithmicè proportionales, & earum sit perturbata proportio: nempe sint a ad b, & B ad C, logarithmicè proportionales: & b ad c, & A ad B, logarithmicè proportionales.

Dico, a ad c, & A ad C, esse logarithmicè proportionales.

Præpar.

Sumantur ipsarum a, b, quantitatum æquemultiplices $3a$, $3b$, & rationis A, æquemultiplicata $3A$. ipsarum quoque rationum B, C, & quantitatis c, sumantur æquemultiplicatæ rationes $4B$, $4C$, & æquemultiplex quantitas $4c$.

De-

Demonstr.

hypoth. Quoniam *b* ad *c*, & *A* ad *B*, sunt logarithmicè proportionales: etiam 3*b* ad 4*c*, & 3*A* ad
6. h.
15. 5. 4*B*, sunt logarithmicè proportionales: sunt au-
hypoth. tem 3*a* ad 3*b*, sicut *a* ad *b*: & *a* ad *b*, sicut lo-
19. *h.* garithmicè *B* ad *C*: & *B* ad *C* logarithmicè, si-
17. *h.* cut 4*B* ad 4*C*. Ergo 3*a* ad 3*b*, est vt 4*B* ad 4*C*. Sed ostensum est, 3*b* ad 4*c*, esse logarithmicè, vt
26. *h.* 3*A* ad 4*B*. ergo ex æquali, si 3*a* est maior, quàm 4*c*; etiam 3*A* est altior, quàm 4*C*: si æqualis;
def. 8. h. æquealta: si minor; depressior. Ergo *a* ad *c*, est logarithmicè, sicut *A* ad *C*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 31. Prop. 31.

SI sint tres rationes, aliæque ipsis æquales numero, quæ binæ in eadem ratione logarithmica sumantur, fuerit autem perturbata earum proportio logarithmica: etiam ex æqualitate, in eadem erunt logarithmica ratione.

Hypoth.

Tres rationes *A*, *B*, *C*, aliæque tres *D*, *E*, *F*, binæ sunt in eadem ratione logarithmica, & earum est perturbata proportio logarithmica; sunt enim *A* ad *B*, & *E* ad *F* logarithmicè proportionales: necnon *B* ad *C*, & *D* ad *E* sunt logarithmicè proportionales.

Dico, ex æquali, *A* ad *C*, & *D* ad *F*, esse logarithmicè proportionales.

Præpar.

Rationum *A*, *B*, *D*, ſumantur æquemultiplicatæ 3*A*, 3*B*, 3*D*: & rationum *C*, *E*, *F*, aliæ ſumantur ęquemultiplicatæ 4*C*, 4*E*, 4*F*.

Demonſtr.

19. *h.* Rationes 3*A* ad 3*B*, & *A* ad *B*, ſunt logari-
hypoth. thmicè proportionales: rationes *A* ad *B*, & *E*
19. *h.* ad *F*, ſunt logarithmicè proportionales: rationes *E* ad *F*, & 4*E* ad 4*F*, ſunt logarithmicè
17. *h.* proportionales: ergo rationes 3*A* ad 3*B*, & 4*E*
hypoth. ad 4*F*, ſunt logarithmicè proportionales. Et quoniã *B* ad *C*, & *D* ad *E* rationes, logarithmicè
7. *h.* ſunt proportionales: etiam 3*B* ad 4*C*, & 3*D* ad 4*E* rationes, logaritmicè ſunt proportiona-
27. *h.* les. Ergo ex æquali, ſi 3*A* eſt altior, quàm 4*C*; etiam 3*D* eſt altior, quàm 4*F*: ſi ęquealta; ęque-
def. 12.*h* alta: ſi depreſſior; depreſſior. Ergo *A* ad *C*, & *D* ad *F* rationes, ſunt logarithmicè proportionales. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 32. *Prop.* 32.

SI prima ratio ad ſecundam, logarithmicè fuerit, ſicut prima quantitas ad ſecundam; tertia quoque ratio ad ſecundam, logarithmicè fuerit, ſicut tertia quantitas ad ſecundam: etiam compoſita ex prima, & tertia ratione, ad ſecundam, erit logarithmicè, ſicut aggregata quantitas

ex

ex prima, & tertia, ad ſecundam.

Hypoth.

Sint *A*, *B*, *C* rationes, & *a*, *b*, *c*, quantitates: & ſit *A* ad *B* logarithmicè, ſicut *a* ad *b*: item *C* ad *B* logarithmicè, ſicut *c* ad *b*.

Dico *A*+*C* ad *B*, eſſe logarithmicè, ſicut *a*+*c* ad *b*.

Demonſtr.

hypoth. Quoniam *C* ad *B*, eſt logarithmicè, ſicut *c* ad
def.8.h. *b*: conuertẽdo, *B* ad *C*, eſt logarithmicè, ſicut *b*
hypoth. ad *c*: Sed *A* ad *B*, eſt logarithmicè, ſicut *a* ad *b*:
28. h. ergo ex ęquali *A* ad *C*, eſt logarithmicè, ſicut *a* ad
22. h. *c*: ergo componendo *A*+*C* ad *C*, eſt logarithmi-
hypoth. cè, ſicut *a*+*c* ad *c*. Sed *C* ad *B* eſt logarithmicè,
28. h. ſicut *c* ad *b*: ergo ex æquali *A*+*C* ad *B* eſt logarithmicè ſicut *a*+*c* ad *b*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 33. Prop. 33.

SI prima ratio ad ſecundam, eadem logarithmicè fuerit, quæ tertia ad quartam; fuerit autem, & quinta ad ſecundam, eadem logarithmicè, quæ ſexta ad quartam: erit & compoſita prima cum quinta ad ſecundam, eadem quæ compoſita tertia cum ſexta ad quartam.

Hypoth.

Rationes *A* ad *B*, & *C* ad *D*, ſunt proportionales: item *E* ad *B*, & *F* ad *D*, ſunt proportionales.

Dico *A*+*E* ad *B*, & *C*+*F* ad *D*, eſſe proportionales.

De-

Demonstr.

hypoth. Quoniam *E* ad *B*, & *F* ad *D*, sunt logarithmicè proportionales: conuertendo *B* ad *E*,
def. 12. h & *D* ad *F*, sunt logarithmicè proportionales:
hypoth. sed *A* ad *B*, & *C* ad *D*, sunt logarithmicè
29. h. proportionales: Ergo ex æquali *A* ad *E*, & *C*
22. h. ad *F*; sunt logarithmicè proportionales: ergo componendo $A+E$ ad *E*, & $C+F$ ad *F*, sunt
hypoth. logarithmicè proportionales. Sed *E* ad *B*, &
29. h. *F* ad *D*, sunt logarithmicè proportionales. Ergo $A+E$ ad *B*, & $C+F$ ad *D*, sunt logarithmicè proportionales. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 34. Prop. 34.

SI rationes quatuor fuerint logarithmicè proportionales: composita ex duabus, altiore omnium, & depressiore omnium, altior est, quàm composita ex reliquis duabus.

Hypoth.

Sint rationes *A* ad *B*, & *C* ad *D* logarithmicè proportionales: Et esto *A* altior, quàm *B*, necnon altior quàm *C*. Et quoniam *A* altior est, quàm *C*: ergo *B* altior est, quàm *D*. Ergo *A* altior est omnium; & *D* depressior omnium.

Dico rationem $A+D$, altiorem esse ratione $B+C$.

Præ-

Præpar.

Quoniam A altior eſt, quàm B: ſumatur E ratio quacum compoſita B, facit rationem A: vt ita ratio A ſit eadem, quę $B+E$. Item quoniam C altior eſt, quàm D: ſumatur F ratio, quacum compoſita D, facit rationem C: vt ita ratio C, ſit eadem, quæ $D+F$.

Demonſtr.

hypoth. | Quoniam A ad B, & C ad D, ſunt logarithmicè proportionales:
conſtr. | & eſt A, eadem, quæ $B+E$: & C, eadē, quæ $D+F$.
11. h. | ergo $B+E$ ad B, & $D+F$ ad D, ſunt logarithmicè proportionales:
21. h. | ergo diuidendo, E ad B, & F ad D, ſunt logarithmicè proportionales.
hypoth. | Sed B altior eſt, quàm D:
18. h. | ergo E altior eſt, quàm F: compoſitiſque communiter B, & D rationibus;
4. 3. | ergo $B+E+D$ ratio, altior eſt, quàm $B+D+F$.
conſtr. | Sed $B+E$, ratio eadem eſt, quæ A: & $D+F$, eadem quæ C: ergo $A+D$ altior eſt, quàm $B+C$. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 35. Prop. 35.

RAtiones proportionales, per conuerſionem rationis, ſunt proportionales.

Hypoth.

Rationes A ad B, & C ad D ſunt logarithmicè proportionales: & eſt A altior, quàm B: ideoque etiam C,

altior

altior eſt, quàm *D*.

Dico *A* ad *A*---*B*, eſſe logarithmicè, ſicut *C* ad *C*---*D*.

Demonſtr.

hypoth.	*A*; *B*: *C*; *D*.
21. *h.*	*A*---*B*; *B*: *C*---*D*; *D*.
*def.*12.*h*	*B*; *A*; *D*; *C*.
29. *h.*	*A*---*B*; *A*: *C*---*D*; *C*.
*def.*12.*h*	*A*; *A*---*B*: *C*; *C*---*D*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 36. Prop. 36.

RAtiones logarithmicè proportionales, per homologiam ſunt logarithmicè proportionales.

Demonſtr.

*def.*12.*h* Nam conuertendo, rationes fiunt proportio-
23. *h.* nales: item homologas depreſſiores ab homologis
22. *h.* altioribus decomponendo: & adcomponendo; &
35. *h.* per conuerſionem rationis: & diuidendo: & ęque-
21. *h.* multiplicando, & æqueſubmultiplicando: & per-
19. *h.* mutando: & colligendo: & ex æquali in propor-
20. *h.* tione logarithmica ordinata: coniunctiſque omni-
16. *h.* fariam argumentis huiuſmodi, quocunque ordi-
28. *h.* ne, per homologiam, logarithmicè proportiona-
les fiunt. Quod &c.

Quare &c.

Petrus



Petrus Mengolus, Io. Galeatio Manzio, iuueni studiosissimo. S.D.



Vintum hoc elementum, de nouis, & naturalibus logarithmis, cuiusque rationis inseparabiliter proprijs, quocum communicarem, neminem in mea, aut cuiusquam alterius Mathematici schola, satis noui dispositum, præter te, omnium bonarum artium, & in primis Mathematicarum studiosissimum. Et hæc profectò insignis fælicitas, incomparabili virtuti accessit, & meritis Excellentissimi præceptoris tui Cassini: quòd te, tùm frequentem in Musæo auditorem, tùm in suis Astronomicis, & Aquaticis laboribus, comitem indiuiduum, & solertem nactus fuerit adiutorem. Itaque cum tuam mihi consuetudinem, rariùs hoc anno, quàm ante consueueras, offerres; mandaui, meum tui desiderium, tibi significari: vt meorum etiam studiorum particeps fieres, & consultor. Gratiam liberaliter fecisti, quàm volebam: meque domi aliquoties conuenisti, huiu-

ſce opuſculi partem hanc ſcriptitantem. Et ex me, tùm definitiones præcedentium elementorum, & rationes nominum, & propriam cuiuſque vtilitatem elementi, necnon quaſdam nobiliores demonſtrationes audiſti ſparſim; tùm vel maximè numeroſam methodum: qua hyperlogarithmorum, & hypologarithmorum, & logarithmorum rationes mihi contigit inuenire. tuque inuenti ſubtilitatem laudaſti, quòd mihi Deus liberaliter tribuit: atque vtilitatem trigonometricam, ad faciliorem logarithmici canonis conſtructionem, optimè præuidiſti. Ex laude tua, plurimum profeciſſe me fateor: nam alacrior factus, & ex tecum communicatione vegetior, multarum concluſionum, quas prænoui euidentiſsimis arithmeticis artificijs, quæ mihi ſupererant demonſtrandæ, media lemmata reperire cœpi, longè fœliciùs. Libellum igitur hucuſque non ſine tuo adminiculo perfectum, offero: vt ſermones indemonſtratos, quos inuicem habebamus, per te ipſum legendo poſsis complere. Vale. meque, & labores meos, inprimis Excellentiſsimo Caſsino, deinde alijs tuis conſcholaribus, & amicis, vt commendes, rogo.

GEO-



GEOMETRIÆ SPECIOSÆ

ELEMENTVM QVINTVM.

DEFINITIONES.



1 Differentia duarum quantitatum, quando prima ſuperat ſecundam, dicetur, Exceſſus primæ & ſecundæ.

2 Quando verò prima ſuperatur à ſecunda, dicetur, Defectus primæ, & ſecundæ.

3. Similes differentiæ dicentur, exceſſus exceſſibus, & defectus defectibus.

4. Diſſimiles verò, exceſſus defectibus.

5. Quatuor quantitates, dicentur, Arithmeticè diſpoſitæ; cum primæ & ſecundæ, tertiæ & quartæ, fuerint ſimiles, & æquales differentiæ.

6. Inuerſio Arithmetica, dicetur; cum quatuor quantitates arithmeticè diſpoſitæ, prima & ſecunda, tertia & quarta, rurſum diſponentur arithmeticè, ſecunda & prima, quarta & tertia.

7. Permutatio Arithmetica, dicetur: cum quatuor quantitates arithmeticè diſpoſitæ, prima & ſecunda, tertia & quarta, rurſum diſponenter arithmeticè, prima & tertia, ſecunda & quarta.

8. Si fuerint aliquot quantitates, atque aliæ totidem, & fuerint prima & ſecunda primarum, item prima & ſecunda ſecundarum, diſpoſitæ arithmeticè; fuerint quoque ſecunda & tertia primarum, item ſecunda & tertia ſecundarum, arithmeticè diſpoſitæ; & ſic deinceps vſque ad vltimas: dicentur primæ ſimiliter eſſe diſpoſitæ arithmeticè, atque ſecundę.

9. Quòd ſi prima & vltima primarum, item prima & vltima ſecundarum, fuerint arithmeticè diſpoſitæ; dicentur, ita diſpoſitæ, ex æqualitate arithmetica.

10. Tres quantitates, dicentur, arithmeticè ordinatę; cum primæ & ſecundæ, ſecundæ & tertiæ, ſimiles, & ęquales fuerint differentiæ.

11. Plures quantitates, dicentur, arithmeticè ordinatæ; cum ternæ deinceps fuerint arithmeticè ordinatę: ideſt, cum primæ & ſecundæ, ſecundæ & tertiæ, tertiæ & quartæ, & deinceps vſque ad vltimam, ſimiles, & æquales fuerint differentiæ.

12. Series naturalis arithmetica, dicetur; cuius ordinatarum arithmeticè quantitatum prima, dimidia eſt ſecundæ.

13. Quatuor quantitates, dicentur, Harmonicè diſpoſitæ, cum differentia primæ & ſecundæ, ad ſimilem differen-

rentiam tertiæ & quartæ, rationem compositam habuerit ex rationibus, primæ ad tertiam, & secundæ ad quartam.

14. Inuersio Harmonica, dicetur; cùm quatuor quantitates harmonicè dispositæ, prima & secunda, tertia & quarta, rursum disponentur harmonicè, secunda & prima, quarta & tertia.

15. Permutatio Harmonica, dicetur, cùm quatuor quantitates harmonicè dispositæ, prima & secunda, tertia & quarta, rursum disponentur harmonicè, prima & tertia, secunda & quarta.

16. Si fuerint aliquot quantitates, atque aliæ totidem; & fuerint prima & secunda primarum, item prima & secunda secundarum, dispositæ harmonicè; fuerint quoque secunda & tertia primarum, item secunda & tertia secundarum, dispositę harmonicè; & sic deinceps vsque ad vltimas: dicentur primæ similiter esse dispositæ harmonicè, atque secundæ.

17. Quòd si prima & vltima primarum, item prima & vltima secundarum, fuerint harmonicè dispositę; dicentur, ita dispositæ, ex æqualitate harmonica.

18. Tres quantitates, dicentur, harmonicè ordinatę; cum primæ & secundæ differentia, ad similem differentiam secundæ & tertiæ, fuerit sicut prima, quantitas ad tertiam.

19. Plures quantitates dicentur harmonicè ordinatæ, cum ternæ deinceps fuerint harmonicè ordinatæ: idest cum primæ & secundæ differentia, ad similem differentiam secundæ & tertiæ, fuerit vt prima ad tertiam; differentia

quo-

quoque ſecundæ & tertiæ, ad ſimilem differentiam tertiæ & quartæ, fuerit ſicut ſecunda ad quartam; & ſic deinceps vſque ad vltimam.

20. Series naturalis harmonica, dicetur, cuius ordinatarum harmonicè quantitatum prima, dupla eſt ſecundę.

21. Si à rationali, ſeries harmonica naturalis fuerit ordinata; & à quotoquouis ordinatorum terminorum quotcunque fuerint deinceps aſſumpti, & aggregati: ſumma, dicetur, Prologarithmus.

22. Porrò prologarithmus, dicetur Hyperlogarithmus earum rationum, quas habent inuicem, primus aſſumptus terminus, & proximus vlterior vltimo, non aſſumptus.

23. Et earum rationum Hypologarithmus, dicetur, quas habent inuicem, vltimus aſſumptus terminus, & proximus prior primo, non aſſumptus.

24. Quantitas omni minor hyperlogarithmo earumdem rationum, & omni maior hypologarithmo, earumdem Logarithmus, dicetur.

25. Ex totenis deinceps Prologarithmorum ſeries, dicetur: in qua, ex prioribus, dicetur, Primus; ex totidem immediatè ſequentibus, Secundus; ex alijs deinceps totidem, Tertius Prologarithmus; & ſic deinceps reliqui. Vt prologarithmorum, ex ternis à ſecundo, dicetur, Primus, qui ex ſecundo, tertio, & quarto fit collectis; Secundus, qui ex quinto, ſexto, & ſeptimo; Tertius, qui ex octauo, nono, & decimo; & ita deinceps.

26. Si

26. Si duo prologarithmi, ex inæqualibus multitudine terminis collecti fuerint; & cuius maior est multitudo terminorum, eius termini singuli, per alteram multitudinem fuerint æqualiter diuisi: siquidem factæ partes ordinatim sumptæ maiorum primùm terminorum, deinde minorum, & collectæ totenæ, quota est sua maior multitudo terminorum, maiores fuerint singulis terminis alterius prologarithmi: maior profectò prologarithmus erit, ex maioribus partibus; & dicetur, Perspectè maior.

27. Si verò factæ partes totenæ, minores fuerint singulis: erit profectò minor prologarithmus, ex minoribus partibus; & dicetur Perspectè minor.

28. Si quatuor proportionalium, rationalis fuerit prima: quarta, dicetur, Productus secundæ & tertiæ. Et significabitur charactere, ex vtrisque secundæ, ac tertiæ characteribus deinceps conscriptis composito. vtpote ad quam, rationalis habet rationem compositam ex rationibus ad tertiam, & ad secundam. Exempli gratiam. *u* ad *a*, est vt *b* ad *ab*. Item. *u* ad *ab*, est vt *c* ad *abc*.

29. Si verò quatuor proportionalium, rationalis fuerit secunda: quarta, dicetur, Fractio. & significabitur charactere tertiæ, ante characterem primæ scripto, & patrentheses clauso. Exempli gratia *a* ad *u* est vt *b* ad *b* (*a*). Item. *ab* ad *u* est vt *c* ad *c* (*ab*). Et *c* ad *u*, est vt *ab* ad *ab* (*c*).

30. Tertia autem, dicetur; Numerator fractionis: cuius character, scribetur supra lineolam. vt in charactere

fra-

fractionis, b (a), numerator eſt b.

31. Et prima, dicetur, Denominator fractionis: cuius character, ſcribetur infra lineolam. vt in charactere fractionis b (a), denominator eſt a.

32. Numeroſa ratio dicetur, cui eandem habet numerus ad numerum.

33. Non numeroſa ratio dicetur, cui nulla numeroſa eſt eadem.

34. Non numeroſæ rationis logarithmus, dicetur, quantitas, minor omni logarithmo altioris numeroſæ rationis, & maior omni logarithmo depreſſioris.



Theor-

Theorema prima Propositio prima.

SI trium inæqualium quantitatum, minima, non est minor, quàm secunda potestas differentię extremarum: ipsa differentia extremarum, minor est, ad rationalem, quàm vt minima, ad defectum minimæ, & mediæ.

Hypoth.

Sunto tres inæquales quantitates *a*, *a+b*, *a+b+c*: & esto *a*, non minor, quàm *b2+2bc+c2*.

Dico *b+c*; *u*: minorem esse, quàm *a*; *b*.

Demonst.

hypoth.	*b2+2bc+c2* : non maior, quàm *a*.
8. 5.	*b2+2bc+c2*; *b+c*: non maior, quàm *a*; *b+c*.
8. *p.*	*b2+2bc+c2*; *b+c*: *b+c*; *u*.
13. 5.	*b+c*; *u*: non maior, quàm *a*; *b+c*.
8. 5.	*a*; *b+c*: minor, quàm *a*; *b*.
13. 5.	*b+c*; *u*: minor, quàm *a*; *b*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 2. Prop. 2.

CVm trium inæqualium numerorum, minimus, non est minor, quàm secunda potestas differentię extremorum; si defectus medij & maximi denominetur à minimo; defectus verò minimi & medij auctus vnitate denominetur à maximo: fiunt duæ Fractiones; quarum summa, minor est, quàm differentia extremorum, vnitate aucta, denominata à medio.

Hypoth.

Sunto tres inæquales numeri *a*, *a+b*, *a+b+c*: & esto *a*, non minor, quàm $b2+2bc+c2$.

Dico *c* (*a*),+*b*+*u* (*a+b+c*): minorem esse, quàm *b+c* +*u* (*a+b*).

Demonstr.

p. h.	*b+c*; *u*: minor est, quàm *a*; *b*.
p. 3.	*b+c+u*; *u*: minor, quàm *a+b*; *b*.
3. 3.	*b+c+u*; *b+c*: maior, quàm *a+b*; *a*.

Itaque *per* 19.7. productus *b+c*, per *a+b*: minor est quàm productus *b+c+u*, per *a*.

Additoque communi producto *a*, per *a+b*. productus *b+c+a*, per *a+b*: minor, quàm summa productorum *b+c+u*, per *a*; & *a+b*, per *a*.

Et communiter multiplicando per *c*. productus *b+c* +*a*, per *a+b*, per *c*: minor, quàm summa productorum *b+c+u*, per *a*, per *c*; & *a+b*, per *a*, per *c*.

Additoque communi producto *a*, per *b+u*, per *a+b*. summa productorum *b+c+a*, per *a+b*, per *c*; & *a*, per *b+u*, per *a+b*: minor, quàm productus *a*, per *a* +*b+c*, per *b+c+u*.

Et communiter diuidendo, per *a*, per *a+b+c*, per *a* +*b*. *c* (*a*),+*b+u* (*a+b+c*): minor, quàm *b+c+u* (*a+b*). Quod &c.

Quare &c.

Theo-

Theor. 3. Prop. 3.

SI trium inæqualium numerorum, defectus medij & maximi, auctus vnitate, denominetur à minimo; defectus verò minimi & medij denominetur à maximo: fiunt duæ fractiones; quarum summa est maior, quàm differentia extremorum, vnitate aucta, denominata à medio.

Hypoth.

Sunto tres inæquales numeri, a, $a+b$, $a+b+c$.

Dico $c+u$ $(a)+b$ $(a+b+c)$: maiorem esse, quàm $b+c+u$ $(a+b)$.

Demonstr.

Productus $c+u$, per $a+b+c$, per b: maior est producto a, per c, per b.

Additoque communi producto a, per b, per $a+b$. summa productorum $c+u$, per $a+b+c$, per b; & a, per b, per $a+b$: maior est, quàm productus a, per b, per $a+b+c$.

Additoque communi producto $c+u$, per $a+b+c$, per a. summa productorum $c+u$, per $a+b+c$, per $a+b$; & a, per b, per $a+b$: maior est quàm productus a, per $b+c+u$, per $a+b+c$.

Et communiter diuidendo, per a, per $a+b+c$, per $a+b$. $c+u$ $(a)+b$ $(a+b+c)$: maior est, quàm $b+c+u$ $(a+b)$. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 4. Prop. 4.

QVatuor termini arithmeticè dispositi, permutando, sunt arithmeticè dispositi.

Hypoth.

Quatuor termini *a*, *a+b*, *c*, *c+b*, sunt arithmeticè dispositi.

Dico permutando *a*, *c*, *a+b*, *c+b* esse arithmeticè dispositos.

Demonstr.

Siquidem *a*, maior est, quàm *c*; tantumdem
def. 5. h. *a+b*, maior est, quàm *c+b*: si minor, minor. Ergo *a*, *c*, *a+b*, *c+b*, sunt arithmeticè dispositi. Quod &c. Quare &c.

Theor. 5. Prop. 5.

SI fuerint aliquot quantitates, in vna serie, similiter arithmeticè dispositæ, atque totidem, in altera: erunt ex æqualitate arithmetica, prima & vltima, in vna serie, item prima & vltima, in altera, dispositæ arithmeticè.

Hypoth.

Sint *a*, *b*, *c*, similiter dispositæ arithmeticè, atque aliæ totidem *d*, *e*, *f*.

Dico ex ęqualitate arithmetica, esse dispositas arithmeticè, *a*, *c*, & *d*, *f*.

Demonstr.

def. 8. h. Sunt enim *a*, *b*, *d*, *e*, arithmeticè dispositę:
4. h. ergo permutando *a*, *d*, *b*, *e*, sunt atithmeticè
def. 5. h. dispositę: ergo differentia *a*, *d*, differentię *b*, *e*, similis

similis est, & æqualis. Similiter ostendetur differentia b, e, differentiæ c, f, similis, & æqualis: ergo differentia a, d, differentiæ, c, f, similis
def. 5. h. est, & æqualis: ergo a, d, c, f, sunt arithmeticè
4. h. cè dispositæ: ergo permutando, a, c, d, f, sunt arithmeticè dispositæ. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 6. Prop. 6.

ARithmeticè dispositarum ęquemultiplices, sunt arithmeticè dispositæ.

Hypoth.

Sint arithmeticè dispositæ a, $a+b$, c, $c+b$. quorum æquemultiplices $3a$, $3a+3b$, $3c$, $3c+3d$.

Dico $3a$, $3a+3b$, $3c$, $3c+3b$, esse dispositas arithmeticè.

Demonstr.

19. 5. Differentia $3a$, $3a+3b$, ad differentiam a, $a+b$, æquemultiplex est, atque $3a$ ad a: sed $3a$
19. 5. ad a, æquemultiplex est, atque $3c$ ad c: & $3c$ ad c, æquemultiplex: atque $3c+3b$ ad $c+b$: ergo differentia $3a$, $3a+3b$, ad differentiam a, $a+b$, æquemultiplex est, atque differentia $3c$, $3c$
def. 5. h. $+3b$ ad differentiam c, $c+b$. Sed differentia a, $a+b$, æqualis est differentiæ c, $c+b$: ergo differentia $3a$, $3a+3b$, æqualis est differentiæ $3c$, $3c+3b$.

Rur-

17. 7. Rursum differentia $3a$, $3a+3b$, similis est differentiæ a, $a+b$: & differentia a, $a+b$ similis dif-
def. 5. h. ferentiæ c, $c+b$: & differentia c, $c+b$ similis dif-
17. 7. ferentiæ $3c$, $3c+3b$: Ergo differentia $3a$, $3a+3b$, similis est, & æqualis differentię $3c$; $3c+3b$:
def. 5. h. Ergo $3a$, $3a+3b$, $3c$, $3c+3b$, sunt arithmeticè dispositæ. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 7. Prop. 7.

IN serie arithmetica naturali, aliquoteni ab vno, & aliquoteni ab altero, per numeros alterutrorum multitudinis terminorum multiplicati; sicut primi producti, similiter secundi, sunt arithmeticè dispositi: item tertij, & quarti, & sic deinceps.

Hypoth.

a, $a+1$, $a+2$. $a+3$, $a+4$, $a+5$.
b, $b+1$, $b+2$, $b+3$. $b+4$, $b+5$, $b+6$, $b+7$.
$4a$, $4a+4$, $4a+8$. $4a+12$, $4a+16$, $4a+20$.
$3b$, $3b+3$, $3b+6$, $3b+9$. $3b+12$, $3b+15$, $3b+18$, $3b+21$,

Sint in serie arithmetica naturali duo termini, a, b: & sint ab a, terni; & ternorum primi a, $a+1$, $a+2$; secundi $a+3$, $a+4$, $a+5$: & à b, sint quaterni; & quaternorum primi b, $b+1$, $b+2$, $b+3$; secundi, $b+4$, $b+5$, $b+6$, $b+7$.

Quoniam in serie arithmetica naturali proximorum differentiæ, sunt vnitates: ergo alternorum, sunt binarij; tertiorum, ternarij; quartorum, quaternarij; & sic deinceps.

ceps. Sunt autem primus primorum ex ternis, & primus ſecundorum, ab inuicem tertij: & primus primorum ex quaternis, & primus ſecundorum, ab inuicem quarti: ergo differentia a, $a+3$, eſt ternarius 3; & differentia b, $b+4$, & quaternarius 4. Multiplicentur itaque terni, per 4: & quaterni, per 3: & fiant multiplices terni, & quaterni primi; item terni, & quaterni ſecundi.

Dico multiplices primorum $4a+8$, $4a+4$, $4a$, $3b$, $3b+3$, $3b+6$, $3b+9$, eſſe ſimiliter arithmeticè diſpoſitos, atque ſecundorum, $4a+20$, $4a+16$, $4a+12$, $3b+12$, $3b+15$, $3b+18$, $3b+21$.

Demonſtr.

hypoth. Termini $a+2$, $a+1$, a, ſunt deinceps in ſerie arithmetica naturali, in qua ſunt etiam ter-
def 6.h. mini $a+5$, $a+4$, $a+3$. Ergo $a+2$, $a+1$, a, ſunt ſimiliter arithmeticè ordinati, atque $a+5$,
6. h. $a+4$, $a+3$: & eorum æquemultiplices $4a+8$, $4a+4$, $4a$, atque $4a+20$, $4a+16$, $4a+12$.

ſup. Defectus ſimplicium a, $a+3$, eſt ternarius:
5. 5. ergo earumdem quadruplicium defectus $4a$, $4a+12$, eſt productus 3, per 4. Item defectus ſimplicium b, $b+4$, eſt quaternarius: ergo earumdem triplicium defectus $3b$, $3b+12$, eſt
14. 7. productus 4 per 3. Sed productus 3 per 4, eſt æqualis producto per 3. ergo defectus $4a$,
def.5.h. $4a+12$, æqualis eſt defectui $3b$, $3b+12$. Ergo $4a$, $4a+12$, $3b$, $3b+12$, ſunt arithmeti-

cè

$a, a+1, a+2.$ $a+3, a+4, a+5.$
$b, b+1, b+2, b+3.$ $b+4, b+5, b+6, b+7.$
$4a, 4a+4, 4a+8.$ $4a+12, 4a+16, 4a+20.$
$3b, 3b+3, 3b+6, 3b+9.$ $3b+12, 3b+15, 3b+18, 3b+21.$

4. *b.* cè diſpoſiti. Ergo permutando $4a, 3b, 4a+12, 3b+12$, ſunt arithmeticè diſpoſiti. Ergo ex ęqualitate arithmetica, $4a+8, 4a+4, 4a, 3b$, ſunt ſimiliter arithmeticè diſpoſiti, atque $4a+20, 4a+16, 4a+12, 3b+12$.

5. *b.*

def. 8. *b.*

Oſtendetur autem ſimiliter vt ſupra, quod $3b, 3b+3, 3b+6, 3b+9$, ſunt ſimiliter arithmeticè diſpoſiti, atque $3b+12, 3b+15, 3b+18, 3b+21$. Ergo ex ęqualitate arithmetica $4a+8, 4a+4, 4a, 3b, 3b+3, 3b+6, 3b+9$, ſunt ſimiliter arithmeticè diſpoſiti, atque $4a+20, 4a+16, 4a+12, 3b+12, 3b+15, 3b+18, 3b+21$. Quod &c.

5. *b.*

def. 8. *b.*

Quare primi terni ab *a*, & quaterni à *b*, ſunt ſimiliter arithmeticè diſpoſiti, atque ſecundi. Et eadem demonſtratione oſtendemus, tum ſecundos, tum primos, eſſe ſimiliter arithmeticè diſpoſitos, atque tertios, & atque quartos, & ſic deinceps.

Theor. 8. *Prop.* 8.

PRoducti, compoſitam habent rationem producentium.

Hy-

Hypoth.

Esto quantitatum *a, b,* productus *ab;* & quantitatum *c, d,* productus *cd.*

Dico *ab; cd: a; c,+b; d.*

Demonstr.

def. 28b	*ab; u: a; u,+b; u.*
def. 28b	*u; cd: u; c,+u; d.*
p. p.	*ab; cd: a; c,+b; d.* Quod &c.

Quare &c.

Theor. 9. Prop. 9.

PRoducti communem habentes producentem, sunt vt producentes non communes.

Hypoth.

Esto quantitatum *a, b,* productus *ab;* & quantitatum *a, c,* productus *ac.*

Dico *ab; ac: b; c.*

Demonstr.

8. h.	*ab; ac: b; a,+a; c.*
def. 5. 6.	*b; a,+a; c: b; c.*
p. p.	*ab; ac: b; c.* Quod &c.

Quare &c.

Theor. 10. Propos. 10.

FRactiones eumdem habentes denominatorem, sunt inter se, vt numeratores.

Hypoth.

Fractionum communis denominator esto *a*: sunto numeratores *b*, *c*.

Dico *b* (*a*); *c* (*a*): *b*; *c*.

Demonstr.

def.29h	*a*; *u*: *b*; *b* (*a*).
def.29h	*a*; *u*: *c*; *c* (*a*),
11. 5.	*b*; *b* (*a*): *c*; *c* (*a*).
2. p.	*b* (*a*); *c* (*a*): *b*; *c*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 11. *Prop.* 11.

QVatuor proportionalium quarta est fractio, in qua numerator est productus secundæ & tertiæ, denominator est prima.

Hypoth.

Sunto proportionales prima *a*, secunda *b*, tertia *c*.

Dico *a*; *b*: *c*; *cb* (*a*).

Demonstr.

def.29h	*a*; *u*: *c*; *c* (*a*).
def.28h	*u*; *b*: *c*; *cb*
10. h.	*c*; *cb*: *c* (*a*); *cb* (*a*).
11. 5.	*u*; *b*: *c* (*a*); *cb* (*a*).
p. p.	*a*; *b*: *c*; *cb* (*a*). Quod &c. Quare &c.

Theor. 12. *Prop.* 12.

FRactiones, quarum numeratores æquales, reciprocè sunt, vt denominatores. *Hy-*

Hypoth.

Esto fractionum numerator communis *a*: & sunto denominatores *b*, *c*.

Dico *b*; *c*: *a* (*c*); *a* (*b*).

Demonstr.

def.29b	*b*; *u*: *a*; *a* (*b*).
def.29b	*c*; *u*: *a*; *a* (*c*).
def.6.5.	*u*; *c*: *a* (*c*); *a*.
p. p.	*b*; *c*: *a* (*c*); *a* (*b*). Quod &c.

Quare &c.

Theor. 13. *Prop.* 13.

DVorum productorum, quorum producentes partim communes, partim sunt non communes, primo alterum denominante, fit eadem fractio; quæ, non communium producentium, primo alterum denominante.

Hypoth.

Sunto producti *a b c*, *d b c*: quorum communis producens, *b c*; non communes, *a*, *d*. Et denominante *a b c*, numeratorem *d b c*; necnon denominante *a*, numeratorem *b*, fiant fractiones *d b c* (*a b c*), *d* (*a*).

Dico *d b c* (*a b c*): *d* (*a*).

Demonstr.

def.29b	*a b c*; *u*: *d b c*; *d b c* (*a b c*).
2. p.	*a b c*; *d b c*: *u*; *d b c* (*a b c*).
9. h.	*a*; *d*: *a b c*; *d b c*.
11. 5.	*a*; *d*: *u*; *d b c* (*a b c*).

 a; *u*:

2. p. | a; u: d; dbc (abc).
def.29h | a; u: d; d (a).
9. 5. | dbc (abc): d (a). Quod &c.

Quare &c.

Theor. 13. *Prop.* 13.

FRactiones, quarum numeratores æquales, & denominatores arithmeticè dispositi, sunt harmonicè dispositæ.

Hypoth.

Esto quatuor fractionum numerator communis *a*, & sunto denominatores arithmeticè dispositi *b*, *c*, *d*, *e*.

Dico *a* (*b*), *a* (*c*), *a* (*d*), *a* (*e*) esse harmonicè dispositas.

Demonstr.

12. b. | Si differentia *b*, *c*, est defectus: ergo reciprocè differentia *a* (*b*), *a* (*c*), est excessus: & est differentia *d*, *e*, defectus: & reciprocè differentia *a* (*d*), *a* (*e*) est excessus. Quod si differentia *b*, *c*, est excessus: etiam differentia *d*, *e*, est excessus: & differentia *a* (*b*), *a* (*c*), reciprocè est defectus: necnon differentia *a* (*d*), *a* (*e*), est defectus. Quare factionum *a* (*b*), *a* (*c*), & *a* (*d*), *a* (*e*), similes sunt differentiæ. Esto differentia *b*, *c*, defectus. Ergo differentia *a* (*b*), *a* (*c*) est excessus: item differentia *a* (*d*), *a* (*e*).
hypoth. | *c*---*b*: *e*---*d*.

pro-

producendo per *ade*, & *abc*.

9. h. $acde - abde$; $abce - abcd$: ade; abc: de; bc.

denominando communiter per $bcde$.

13. h. $a\,(b) - a\,(c)$; $a\,(d) - a\,(e)$: de; bc.

8. h. de; bc: d; b, $+ e$; c.

12. h. d; b: $a\,(b)$; $a\,(d)$.

12. h. e; c: $a\,(c)$; $a\,(e)$.

p. p. de; bc: $a\,(b)$; $a\,(d)$, $+ a\,(c)$; $a\,(e)$.

11. 5. $a\,(b) - a\,(c)$; $a\,(d) - a\,(e)$: $a\,(b)$; $a\,(d)$, $+ a\,(c)$; $a\,(e)$.

def. 13. h. $a\,(b)$, $a\,(c)$, $a\,(d)$, $a\,(e)$ ſunt harmonicè diſpoſitæ. Quod &c.

Similiter oſtendetur, ſi differentia b, c, eſt exceſſus.

Quare &c.

Theor. 15. Prop. 15.

FRactiones, quarum numeratores æquales, & denominatores arithmeticè ordinati, ſunt harmonicæ ordinatæ.

Hypoth.

Eſto fractionum numerator communis a: & ſunto denominatores arithmeticè ordinati, b, c, d, e.

Dico $a\,(b)$, $a\,(c)$, $a\,(d)$, $a\,(e)$ eſſe harmonicè ordinatas.

Demonſtr.

hypoth. b, c, d, ſunt arithmeticè ordinati.

b, c,

def.5.h. | b, c, c, d, sunt arithmeticè dispositi.

14.h. | a (b), a (c), a (c), a (d), sunt harmonicè dispositæ.

Differentia a (b), a (c), ad similem differentiam a (c), a (d), rationem habet compositam ex rationibus, a (b) ad a (c), & a (c) ad a (d): idest eamdem, quàm habet a (b) ad a (d).

def.13h | def.5.6.

def.18h | a (b), a (c), a (d), sunt harmonicè ordinatæ.

sup. | a (c), a (d), a (e), sunt harmonicè ordinatę.

def.19h | a (b), a (c), a (d), a (e), sunt harmonicè ordinatæ. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 16. Prop. 16.

SI aliquot fractiones, aliæque totidem, communem habentes numeratorem, denominatores habuerint similiter arithmeticè dispositos, erunt & ipsæ similiter harmonicè dispositæ.

Hypoth.

Sunto tres fractiones, aliæque tres, quarum communis numerator a: sint autem denominatores b, c, d, similiter arithmeticè dispositi, atque denominatores e, f, g.

Dico a (b), a (c), a (d), similiter harmonicè dispositas esse, atque a (e), a (f), a (g).

Demonstr.

hypoth. | b, c, d, sunt similiter arithmeticè dispositi, atquæ e, f, g.

b, c, e,

def.8.h. | b, c, e, f, ſunt arithmeticè diſpoſiti.
| c, d, f, g, ſunt arithmeticè diſpoſiti.
14. h. | a (b), a (c), a (e), a (f), ſunt harmonicè diſpoſitæ.
| a (c), a (d), a (f), a (g), ſunt harmonicè diſpoſitæ.
def.16 h | a (b), a (c), a (d), ſunt ſimiliter harmonicè diſpoſitæ, atque a (e), a (f), a (g). Quod &c.

Quare &c.

Theor. 17. *Prop.* 17.

IN ſerie arithmetica, non maior, quàm dimidius termini proximi, non eſt medius.

Hypoth.

Sunto in ſerie arithmetica, tres termini a, b, c.

Dico b, maiorem eſſe, quàm dimidium, ad c.

Demonſtr.

| Eſto b, non maior, quàm dimidius ad c, ſi poteſt: eritque b, ęqualis, vel minor, quàm dimi-
def. 10. | dius ad c: eritque differentia b, c, defectus: cuius ſimilis differentia a, b, erit defectus.
hypoth. | b; c: non maior, quàm dimidius.
19. 7. | $2b$: non maior, quàm c.
| b: non maior, quàm c---b.
def.10.h. | c---b; b---a.
| b: non maior, quàm b---a.
| $b+a$: non maior, quàm b. quod eſt abſurdum.

b non

| *b* non est dimidius ad *c*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 18. *Prop.* 18.

IN serie harmonica, terminus non minor, quàm duplus termini proximi, non est medius.

Hypoth.

Sunto in serie harmonica tres termini *a*, *b*, *c*.

Dico *b*, minorem esse, quàm duplum, ad *c*.

Demonstr.

| Esto *b*, non minor, quàm duplus ad *c*, si potest. eritque differentia *b*, *c*, excessus: item differentia *a*, *b*, erit excessus.

*def.*18.*b* | a---b; b---c: a; c.

hypoth. | *b*; *c*: non minor, quàm duplus.

19. 7. | *b*: non minor, quàm 2*c*.

| b---c: non minor, quàm *c*.

14. 5. | a---b: non minor, quàm *a*. Quod est absurdum.

| *b*, minor est, quàm duplus ad *c*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 19. *Prop.* 19.

QVælibet quantitas, & omnes eius multiplices ordinatæ, sunt in serie arithmetica naturali.

Hypoth.

Esto quantitas *u*, cuius multiplices ordinatæ 2*u*, 3*u*, 4*u*, & *c*.

Dico

Dico *u*, 2*u*, 3*u*, 4*u*, & *c*. esse in serie arithmetica naturali.

Demonstr.

hypoth. *def.*12.*h* | Omnes differentiæ *u*, 2*u*, & 2*u*, 3*u*, & 3*u*, 4*u*, & reliquæ, sunt similes, & æquales ipsi rationali *u*: & est *u* ad 2*u* dimidia. Ergo *u*, 2*u*, 3*u*, 4*u*, & *c*. sunt in serie arithmetica naturali. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 20. *Prop.* 20.

QVælibet quantitas, & omnes eius submultiplices ordinatæ, sunt in serie harmonica naturali.

Hypoth.

Esto quantitas *u*, cuius submultiplices *u* (2), *u* (3), *u* (4), &c.

Dico *u*, *u* (2), *u* (3), *u* (4), &c. esse in serie harmonica naturali.

Demonst.

19. *h.* | *u*, 2, 3, 4, &c. sunt in serie arithmetica.

15. *h.* | *u*, *u* (2), *u* (3), *u* (4), &c. sunt in serie harmonica.

hypoth. | *u*; *u* (2): est dupla.

def. 20*h* | *u*, *u* (2), *u* (3), *u* (4), &c. sunt in serie harmonica naturali. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 21. *Prop.* 21.

IN duabus ſeriebus arithmeticis naturalibus, termini ſunt ſimiliter proportionales, in proportione ordinata.

Hypoth.

Sint duæ ſeries arithmeticæ naturales: vna *a*, 2*a*, 3*a*, 4*a*, &c. altera *b*, 2*b*, 3*b*, 4*b*, &c.

Dico *a*, 2*a*, 3*a*, 4*a*, eſſe ſimiliter proportionales atque *b*, 2*b*, 3*b*, 4*b*, in proportione ordinata.

Demonſtr.

*def.*11.*b.* | Defectus deinceps *a*, 2*a*, 3*a*, 4*a*, ſunt æquales inter ſe, & ipſi primo termino *a*. item defectus deinceps *b*, 2*b*, 3*b*, 4*b*, ſunt ęquales inter ſe, & ipſi *b*.

*def.*12.*b* | *a*; 2*a*: *b*; 2*b*.

2. *p.* | 2*a*; 3*a*: 2*b*; 3*b*:

2. *p.* | 3*a*; 4*a*: 3*b*; 4*b*.

*def.*18.5 | *a*, 2*a*, 3*a*, 4*a*, ſunt ſimiliter proportionales, atque *b*, 2*b*, 3*b*, 4*b*, in proportione ordinata. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 22. *Prop.* 22.

IN duabus ſeriebus harmonicis naturalibus, termini ſunt ſimiliter proportionales, in proportione ordinata.

Hypoth.

Sint duæ ſeries harmonicæ naturales: vna, *a*, *a* (2), *a* (3), *a* (4): altera *b*, *b* (2), *b* (3), *b* (4).

Dico

Dico *a*, *a* (2), *a* (3), *a* (4), esse similiter proportionales, atque *b*, *b* (2), *b* (3), *b* (4), in proportione ordinata.

Demonstr.

def.20b | *a*; *a* (2): *b*; *b* (2).
2. *p.* | *a*,---*a* (2); *a* (2): *b*,---*b* (2); *b* (2).
Esto, si potest, *a* (2); *a* (3): maior, quàm *b* (2); *b* (3).
4. 3. | *a* (2); *a* (2)--- *a* (3): minor, quàm *b* (2); *b* (2) ---*b* (3).
p. 3. | *a*,---*a* (2); *a* (2)---*a* (3): minor quàm *b*,---*b* (2); *b* (2)---*b* (3).
def.18b | *a*,---*a* (2); *a* (2)---*a* (3): *a*; *a* (3).
def.18b | *b*,---*b* (2); *b* (2)---*b* (3): *b*; *b* (3).
p. 3. | *a*; *a* (3): minor, quàm *b*; *b* (3).
def.20b | *a* (2); *a*: *b* (2); *b*.
p. 3. | *a* (2); *a* (3): minor, quàm *b* (2); *b* (3). contra suppositum.
a (2); *a* (3): *b* (2); *b* (3).
sup. | *a* (3); *a* (4): *b* (3); *b* (4).
def.18.5 | *a*, *a* (2), *a* (3), *a* (4) sunt similiter proportionales, atque *b*, *b* (2), *b* (3), *b* (4) in proportione ordinata. Quod &c. Quare &c.

Theor. 23. *Prop.* 23.

DVarum serierum naturalium arithmeticè, & harmonicè, inter æquecordinatos terminos, medij pro-

portionales sunt æquales.

Hypoth.

Sint duæ series naturales: vna arithmetica, ab *a*; altera harmonica, à *b*. & sint quarti termini; in arithmetica, 4*a*; in harmonica, *b* (4). sit autem inter *a*, *b*, media proportionalis *c*.

Dico *c*, mediam proportionalem esse, inter 4*a*, & *b* (4).

Demonstr.

Quoniam 4*a*, *b* (4), sunt quarti termini, in
19. *h.* suis seriebus: 4*a* ad *a*, estquadruplus: & *b* (4) ad
20. *h.* *b* subquadruplus.
4*a*; *a*: *b*; *b* (4).
hypoth. *a*; *c*: *c*; *b*.
p. p. 4*a*; *c*: *c*; *b* (4). Quod &c.

Quare &c.

Theor. 24. *Prop.* 24.

IN serie arithmetica duo termini, cum æqueordinatis in harmonica, sunt reciprocè proportionales.

Hypoth.

Sint in serie arithmetica duo termini 3*a*, 4*a*: & in harmonica duo æqueordinati *b* (3), *b* (4).

Dico 3*a*; 4*a*: *b* (4); *b* (3).

Præpar.

Assumatur inter æqueordinatos 3*a*, & *b* (3), medius proportionalis *c*.

De-

Demonstr.

constr. | 3*a*; *c*: *c*; *b* (3).
23. *b.* | 4*a*; *c*: *c*; *b* (4).
2. *p.* | *c*; 4*a*: *b* (4); *c*.
p. p. | 3*a*; 4*a*: *b* (4); *b* (3). Quod &c.

Quare &c.

Theor. 25. *Prop.* 25.

SEries naturales, arithmetica, & harmonica, plures terminos habent, quàm quot quiſque dixerit, & cuiuſq; numeroſæ rationis.

Demonstr.

20. 9. | Nam numeri plures ſunt, quàm quot quiſque
19. *b.* | dixerit, ſecundum quos accepti multiplices ad
20. *b.* | primum terminum in ſerie arithmetica, & ſubmultiplices ad primum in harmonica, ſunt plures termini, quàm quot quiſque dixerit.

| Quod ſi multiplices accepti fuerint, ſecundum
21. *b.* | numeros numeroſæ rationis: erunt in arithmetica ſerie termini, eamdem numeroſam habentes rationem. item ſi accepti fuerint ſubmultiplices:
24. *b.* | erunt in harmonica, termini, eamdem reciprocè numeroſam habentes rationem.

| Deinde numeri bini, eamdem numeroſam habentes rationem, minimi omnium, & minimorum
20. 9. | æquemultiplices numeri, ſecundum plures, quàm quot quiſque dixerit numeros, poſſunt accipi: ſecun-

ſup. cundum quos acceptos binos numeros, termini multiplices in arithmetica, & ſubmultiplices in harmonica, poſſunt accipi bini plures, quàm quot quiſque dixerit, eamdem numeroſam habentes rationem.

Quare &c.

Theor. 26. Prop. 26.

IN ſerie arithmetica naturali ab vnitate, termini ſunt, vnitas, & omnes numeri ordinatim accepti,

Demonſtr.

Nam in ſerie arithmetica naturali ab vnitate,
19. h. omnes termini ſunt, ipſa vnitas, & omnes multiplices ad vnitatem, ordinatim accepti: ſed numeri ſunt multiplices ad vnitatem; & eorum ordo, eſt idem multiplicium. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 27. Prop. 27.

IN ſerie harmonica naturali à rationali, termini ſunt, ipſa rationalis, & fractiones, pro communi numeratore, habentes rationalem, & pro denominatoribus, habentes ordinatim omnes numeros.

Demonſtr.

Nam in ſerie harmonica naturali à rationali,
20. h. termini ſunt, ipſa rationalis, & omnes eius ſub-
def. 29 h multiplices ordinatim accepti. Sed fractiones,

in

in quibus ipsa rationalis est numerator communis, & omnes numeri sunt denominatores, ipsæ sunt submultiplices ad rationalem; & earum ordo, est idem ordo numerorum, per quos ipsæ submultiplices ordinantur. Ergo &c.

Quare &c.

Theor. 28. Prop. 28.

SI fuerint duæ series totidem terminorum; & inter primos, idem fuerit medius proportionalis, qui inter secundos, inter tertios, & deinceps inter æqueordinatos: siquidem in prima serie, sunt quatuor arithmeticè dispositi; in secunda serie, sunt quatuor harmonicè dispositi.

Hypoth.

Sint in prima serie, quatuor arithmeticè ordinati, a, $a+b$, c, $c+b$: sit medius d: & sint in altera serie ordinati $d2\ (a)$, $d2\ (a+b)$, $d2\ (c)$, $d2\ (c+b)$.

Dico $d2\ (a)$, $d2\ (a+b)$, $d2\ (c)$, $d2\ (c+b)$ esse harmonicè dispositos.

Demonstr.

hypoth. Quoniam a ad d, est vt d ad $d2\ (a)$; idest quatuor proportionalium prima quantitas

11. h. est a, secunda & tertia est d: ergo quarta est fractio, cuius numerator, secunda potestas d; denominator, prima quantitas a. Similiter ostendetur quod $d2\ (a+b)$, est secuuda potestas d, denominata per $a+b$: & $d2\ (c)$, secunda potestas d, denominata per c: & denique $d2$ $(c+b)$,

$(c+b)$, secunda potestas d, denominata per $c+b$: Ergo $d2\,(a)$, $d2\,(a+b)$, $d2\,(c)$, $d2\,(c+b)$, sunt quatuor fractiones: quarum numerator communis, secunda potestas d; denominatores verò, sunt quatuor arithmeticè dispositi, a, $a+b$, c, c
14. h. $+d$. Ergo $d2\,(a)$, $d2\,(a+b)$, $d2\,(c)$, $d2\,(c+b)$, sunt harmonicè dispositæ. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 29. Propos. 29.

QVorum productorum quidam sunt communes, quidam non communes producentes, aggregatum, est productus producentium communium, & aggregati producentium non communium.

Hypoth.

Duorum productorum ab, ac, communis producens esto a: non communes sunto b, c; quorum summa d.

Dico $ab+ac$: ad.

Demonstr.

9. h. | ab; ac: b; c.
2. p. | $ab+ac$; ac: $b+c$; c.
hypoth. | $b+c$: d.
7. 5. | $ab+ac$; ac: d; c.
9. h. | ad; ac: d; c.
11. 5. | $ab+ac$; ac: ad; ac.
9. 5. | $ab+ac$: ad. Quod &c. Quarè &c.

Theor. 30. Prop. 30.

QVorum productorum quidam sunt communes, quidam non communes, & inæquales producentes, differentia, est productus producentis communis, & differentiæ producentium non communium.

Hypoth.

Duorum productorum *ab*, *ac*, communis producens esto *a*, non communes sunto *b*, *c*: & esto *b* maior, quàm *c*; quorum differentia *d*.

Dico *ab*---*ac*: *ad*.

Demonstr.

9. *h.*	*ab*; *ac*: *b*; *c*.
2. *p.*	*ab*---*ac*; *ac*: *b*---*c*; *c*.
hypoth.	*b*---*c*: *d*.
7. 5.	*ab*---*ac*; *ac*: *d*; *c*.
9. *h.*	*ad*; *ac*: *d*; *c*.
11. 5.	*ab*---*ac*: *ad*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 31. Prop. 31.

QVatuor proportionalium productus extremorum, est æqualis producto mediorum.

Hypoth.

Sunto proportionales *a*; *b*: *c*; *d*.

Dico *ad*: *bc*.

Præpar.

Assumatur productus alterniorum *ac*.

Demonstr.

9. *h.* | *ac; ad: c; d.*
9. *h.* | *ac; bc: a; b.*
hypoth. | *a; b: c; d.*
11. 5. | *ac; ad: ac; bc.*
9. 5. | *ad: bc.* Quod &c.

Quare &c.

Theor. 32. Prop. 32.

QVatuor termini, quorum extremorum productus eſt æqualis producto mediorum, ſunt proportionales.

Hypoth.

Quatuor terminorum *a, b, c, d,* productus extremorum *ad,* & productus mediorum *bc,* ſunt æquales.

Dico *a; b: c; d.*

Præpar.

Aſſumatur productus alternorum *ac.*

Demonſtr.

7. 5. | *ac; bc: ac; ad.*
9. *h.* | *ac; bc: a; b.*
9. *h.* | *ac; ad: c; d.*
11. 5. | *a; b: c; d.* Quod &c.

Quare &c.

Theor. 33. Prop. 33.

SI fuerint duæ ſeries totidem terminorum; & inter primos idem fuerit medius proportionalis, qui inter ſe-

cun-

cundos, inter tertios, & deinceps inter æqueordinatos : ſiquidem in prima ſerie, ſunt quatuor harmonicè diſpoſiti; in ſecunda ſerie, ſunt quatuor arithmeticè diſpoſiti.

Hypoth.

Sint in prima ſerie quatuor harmonicè ordinati *a*, *b*, *c*, *d*: & ſit medius *e*: & ſint in altera ſerie ordinati *e*2 (*a*), *e*2-(*b*), *e*2 (*c*), *e*2 (*d*).

Dico *e*2 (*a*), *e*2 (*b*), *e*2 (*c*), *e*2 (*d*), eſſe arithmeticè diſpoſitos.

Demonſtr.

def.13.h	*a* --- *b*; *c* --- *d*: *a*; *c*, + *b*; *d*.
8. h.	*ab*; *cd*: *a*; *c*, + *b*; *d*.
11. 5.	*a* --- *b*; *c* --- *d*: *ab*; *cd*.
30. & 31.h.	*acd* --- *bcd*: *abc* --- *abd*. adhibito communi producente *e*2.
9. h.	*e*2*acd* --- *e*2*bcd*: *e*2*abc* --- *e*2*abd*. communiter denominando per *abcd*.
10.&13. h.	*e*2 (*b*) --- *e*2 (*a*): *e*2 (*d*) --- *e*2 (*c*).
def.5.h.	*e*2 (*a*), *e*2 (*b*), *e*2 (*c*), *e*2 (*d*), ſunt arithmeticè diſpoſiti. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 34. Prop. 34.

QVatuor termini harmonicè diſpoſiti, permutando, ſunt harmonicè diſpoſiti.

Hypoth.

Sint quatuor termini *a*, *b*, *c*, *d*, harmonicè diſpoſiti.

Dico permutando *a, c, b, d* esse harmonicè dispositos.

Præpar.

Assumatur quælibet quantitas *e*, & fiat

a; e: e; f.
b; e: e; g.
c; e: e; h.
d; e: e; l.

Demonstr.

hypoth.	*a, b, c, d* sunt harmonicè dispositi.
33. *h.*	*f, g, h, l* sunt arithmeticè dispositi.
4. *h.*	*f, h, g, l* sunt arithmeticè dispositi.
28. *h.*	*a, c, b, d* sunt harmonicè dispositi. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 35. *Prop.* 35.

SI fuerint aliquot quantitates in una serie, similiter harmonicæ dispositæ, atque aliæ totidem, in altera: erunt ex æqualitate harmonica, prima & vltima, in vna serie, item prima & vltima, in altera, dispositæ harmonicè.

Hypoth.

Sint *a, b, c* similiter harmonicè dispositæ, atque aliæ totidem *d, e, f.*

Dico ex æqualitate harmonica, esse dispositas harmonicè, *a, c,* & *d, f.*

Præpar.

Assumatur quælibet quantitas *g.* & fiat

a; g;

$a; g: g; h$
$b; g: g; k$
$c; g: g; l$
$d; g: g; m$
$e; g: g; n$
$f; g: g; o.$

Demonstr.

def.16h | *a, b, d, e* ſunt harmonicè diſpoſitæ.
33. h. | *h, k, m, n* ſunt arithmeticè diſpoſitæ.
def.16h | *b, c, e, f* ſunt harmonicè diſpoſitæ.
33. h. | *k, l, n, o* ſunt arithmeticè diſpoſitæ.
def.8.h. | *h, k, l* ſunt ſimiliter arithmeticè diſpoſitæ, atque *m, n, o.*
5. h. | *h, l, m, o* ſunt arithmeticè diſpoſitæ.
28. h. | *a, c, d, f* ſunt harmonicè diſpoſitæ. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 36. Prop. 36.

HArmonicè diſpoſitarum ęqueſubmultiplices, ſunt harmonicè diſpoſitæ.

Hypoth.

Sint harmonicè diſpoſitæ *a, b, c, d*: quarum æque ſubmultiplices *a*(3), *b*(3), *c*(3), *d*(3).

Dico *a*(3), *b*(3), *c*(3), *d*(3) eſſe harmonicè diſpoſitas.

Præpar.

Aſſumatur quælibet quantitas *e.* & fiat

$a; e:$

a; *e*: *e*; *f*
b; *e*: *e*; *g*
c; *e*: *e*; *h*
d; *e*: *e*; *l*.

Et quotuplices ſunt *a*, *b*, *c*, *d* ad *a*(3), *b*(3), *c*(3), *d*(3), totuplices accipiantur ipſarum *f*, *g*, *h*, *l*, quæ quæ ſint 3*f*, 3*g*, 3*h*, 3*l*.

Demonſtr.

hypoth.	*a*, *b*, *c*, *d*, ſunt harmonicè diſpoſitæ,
33. *h.*	*f*, *g*, *h*, *l*, ſunt arithmeticè diſpoſitę.
6. *h.*	3*f*, 3*g*, 3*h*, 3*l*, ſunt arithmeticè diſpoſitæ.
præpar.	*a*(3); *a*: *f*; 3*f*.
præpar.	*a*; *e*: *e*; *f*.
p. p.	*a*(3); *e*: *e*; 3*f*.
ſup.	*b*(3); *e*: *e*; 3*g*.
ſup.	*c*(3); *e*: *e*; 3*h*.
ſup.	*d*(3); *e*: *e*; 3*l*.
28. *h.*	*a*(3), *b*(3), *c*(3), *d*(3) ſunt harmonicè diſpoſitæ. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 37. Prop. 37.

SI fuerint aliquot primæ quãtitates, arithmeticè ſimiliter diſpoſitæ, atque aliæ totidem ſecundæ, vtræque in vna ſerie: fuerint autem & aliæ totidem quantitates primę, aliæque totidem ſecundæ in altera: & fuerit vna eadem quantitas media proportionalis inter primas primarum, & in-

& inter ſecundas primarum, & deinceps inter æqueordinatas; item inter primas ſecundarum, & inter ſecundas, & deinceps inter æqueordinatas: erunt in ſecunda ſerie primæ ſimiliter harmonicè ordinatæ, atque ſecundæ.

Demonſtr.

Quoniam enim primarum in prima ſerie prima, & ſecunda; & ſecundarum in prima ſerie prima, & ſecunda, ſunt arithmeticè diſpoſitæ: conſtat, quod etiam in ſecunda ſerie primarum prima, & ſecunda; & ſecundarum prima, & ſecunda, ſunt harmonicè diſpoſitę. conſtat ſimiliter, quod in ſecunda ſerie, primarum ſecunda, & tertia; & ſecundarum ſecunda, & tertia ſunt harmonicè diſpoſitæ. Et ita deinceps vſque ad vltimas primarum, & ſecundarum. Quare primæ in ſecunda ſerie, ſunt ſimiliter harmonicè ordinatę, atque ſecundæ.

def.8.h.
28. *h.*
def.16.h

Theor. 38. Prop. 38.

SI fuerint aliquot primæ quantitates harmonicè ſimiliter diſpoſitæ, atque aliæ totidem ſecundæ, vtræque in vna ſerie: fuerint autem & aliæ totidem quantitates primę, aliæque totidem ſecundæ, in altera ſerie: & fuerit vna eadem quantitas media proportionalis inter primas primarum, & inter ſecundas primarum, & deinceps inter æqueordinatas; necnon media proportionalis inter primas ſecundarum, & inter ſecundas ſecundarum, & deinceps

ceps inter æqueordinatas: erunt in altera ſerie, primæ ſimiliter arithmeticè diſpoſitæ, atque ſecundæ.

Demonſt.

def.16b | Quoniam enim primarum in prima ſerie, prima & ſecunda, & ſecundarum in prima ſerie, prima & ſecunda, ſunt harmonicè diſpoſitæ: conſtat,
33. b. | quod & in ſecunda ſerie, primarum prima & ſecunda, & ſecundarum prima & ſecunda, ſunt arithmeticè diſpoſitæ. item oſtendetur, quod primarum in ſecunda ſerie ſecunda, & tertia, & ſecundarum ſecunda & tertia, ſunt arithmeticè diſpoſitæ. & ſic deinceps vſque ad vltimas primarum,
def.8.b. | & ſecundarum. Quare primæ in ſecunda ſerie, ſunt ſimiliter arithmeticè diſpoſitæ, atque ſecũdę.

Theor. 39. Prop. 39.

INter duas quantitates media proportionalis, eadem eſt etiam inter ſubmultiplicem vnius, & æquemultiplicem alterius.

Hypoth.

Eſto inter duas *a*, *b*, media proportionales *c*: & eſto ipſius *a*, ſubmultiplex *a*(3); & ipſius *b*, æquemultiplex 3*b*.

Dico *a*(3); *c*: *c*; 3*b*.

Demonſtr.

hypoth. | *a*(3); *a*: *b*; 3*b*.
hypoth. | *a*; *c*: *c*; *b*.
p. p. | *a*(3); *c*: *c*; 3*b*. Quod &c. Quare &c.

Theor. 40. Prop. 40.

IN ſerie harmonica naturali, aliquoteni ab vno, & aliquoteni ab altero, per numeros alterutrorum multitudinis terminorum ſubmultiplicati; ſicut primi quotientes, ſimiliter ſecundi, ſunt harmonicè diſpoſiti: item tertij, & quarti, & ſic deinceps.

Hypoth.

Sint in ſerie harmonica naturali duo termini *a*, *b*: & ab *a*, ſumantur terni ſubquadrupli; & à *b*, quaterni ſubtripli.

Dico primos ternos ſubquadruplos ab *a*, & primos ſubtriplos à *b*, ſimiliter eſſe diſpoſitos harmonicè; atque ſecundos ſubquadruplos ternos ab *a*, & ſecundos ſubtriplos quaternos à *b*.

Præpar.

Ordinetur ſeries arithmetica naturalis: in qua ſint, *c* æqueordinatus, atque *a*; & *d* æqueordinatus, atque *b*. ſumanturque quadrupli terni à *c*, & tripli quaterni à *d*. ſumatur etiam inter *a*, & *c* medius proportionalis *e*.

Demonſtr.

conſtr. Quoniam *e*, medius proportionalis eſt inter *a*, *c*: medius etiam proportionalis eſt inter *b*, *d*; &
23. *h.* inter æqueordinatos terminos in vtraque ſerie na-
39. *h.* turali arithmetica, & harmonica. item eſt medius proportionalis inter multiplices terminorum arithmeticæ ſeriei naturalis, & inter æqueſubmulti-
7. *h.* plices terminorum harmonicæ. ſed quadrupli terni à *c*, & tripli quaterni à *d*, primi, ſunt ſimiliter

arithmeticè diſpoſiti, atque ſecundi; item, atque
37. b. tertij, atque quarti, & deinceps. Ergo etiam ſub-
quadrupli terni ab *a*, & ſubtripli quaterni à *b*, pri-
mi, ſunt ſimiliter harmonicè diſpoſiti, atque ſe-
cundi; item, atque tertij, atque quarti, & deinceps.
Quod &c.

Quare &c.

Theor. 41. Propoſ. 41.

SVmma fractionum communem habentium denominatorem, eſt ſumma numeratorum, ab eodem denominatore denominata.

Hypoth.

Fractiones $a(b)$, $c(b)$ communem habent denominatorem: numeratorum ſumma eſt $a+c$.

Dico $a(b)+c(b)$: $a+c(b)$.

Demonſtr.

10. b. | $a(b)$; $c(b)$: a; c.
2. p. | $a(b)+c(b)$; $c(b)$: $a+c$; c.
10. b. | $a+c(b)$; $c(b)$: $a+c$; c.
11. 5. | $a(b)+c(b)$; $c(b)$: $a+c(b)$; $c(b)$.
9. 5. | $a(b)+c(b)$: $a+c(b)$. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 42. Prop. 42.

DIfferentia fractionum communem habentium denominatorem, eſt differentia numeratorum, ab eodem

dem

dem denominatore denominata.

Hypoth.

Fractiones $a(b)$, $c(b)$, communem habent denominatorem b: differentia numeratorum est $a - c$.

Dico $a(b) - c(b)$: $a - c(b)$.

Demonstr.

10. *h.* | $a(b)$; $c(b)$: a; c.
2. *p.* | $a(b) - c(b)$; $c(b)$: $a - c$; c.
10. *h.* | $a - c(b)$; $c(b)$: $a - c$; c.
11. 5. | $a(b) - c(b)$; $c(b)$: $a - c(b)$; $c(b)$.
9. 5. | $a(b) - c(b)$: $a - c(b)$. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 43. *Prop.* 43.

DVorum inęqualium numerorum, vnitas denominata à minore, & differentia denominata à maiore, sunt fractiores duæ, quarum summa est maior, quàm differentia eorumdem, aucta vnitate, denominata à maiore.

Hypoth.

Sunto duo inæquales numeri, minor a, maior $a+b$.

Dico $1(a) + b(a+b)$: maiorem esse, quàm $b+1(a+b)$.

Demonstr.

12. *h.* | $1(a)$; $1(a+b)$: $a+b$; a.
| $1(a)$: maior quàm $1(a+b)$.
| communiter addatur $b(a+b)$.
41. *h.* | $1(a) + b(a+b)$: maior est, quàm $b+1(a+b)$.
| Quod &c. Quare &c.

Theor. 44. Prop. 44.

QValibet quantitate, à se ipsa, & à suis deinceps per ordinem multiplicibus, denominata; fit series harmonica naturalis.

Hypoth.

Esto quælibet quantitas *a*, eiusque multiplices 2*a*, 3*a*, 4*a*, & deinceps.

Dico *a*(*a*), *a*(2*a*), *a*(3*a*), *a*(4*a*), & deinceps esse seriem harmonicam naturalem.

Præpar.

Esto rationalis *u*: & à rationali ordinetur series harmonica naturalis *u*, *u*(2), *u*(3), *u*(4), & deinceps.

Demonstr.

def.29h	*a*; *u*: *a*; *a*(*a*).
9. 5.	*u*: *a*(*a*).
12. *h.*	*a*(*a*); *a*(2*a*): 2*a*; *a*: *u*; *u*(2) dupla.
9. 5.	*a*(2*a*): *u*(2).
sup.	*a*(3*a*): *u*(3).
sup.	*a*(4*a*): *u*(4).
def.20h	*a*(*a*), *a*(2*a*), *a*(3*a*), *a*(4*a*), est series harmonica naturalis. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 45. Prop. 45.

SI fuerint duo prologarithmi, ex terminis ab vnitate; alter, ex quotcunque terminis; alter, ex totidem, & vno amplius: erit qui ex pluribus, eo qui ex paucioribus, perspectè maior. *Hy-*

Hypoth.

Sunto duo prologarithmi, ex terminis ab vnitate: alter *A*, ex tot terminis, quotus est numerus *b*: alter *C*, ex tot, quotus est *d*. & esto *d*, vnitate maior, quàm *b*.

Dico *C*, perspectè maiorem esse, quàm *A*.

Præpar.

l *m* *n*
e . . . . *k*
f *g* *h* *i*

Sumatur numerus *b* toties, quotus est *d*: & sint sumpti numeri *ef*, *fg*, *gh*, *hi*, *ik*. Item sumatur numerus *d* toties, quotus est *b*: & sint sumpti *el*, *lm*, *mn*, *nk*.

Demonstr.

16. 7. Quoniam productus *b* per *d*, est æqualis producto *d* per *b*: summa numerorum *ef*, *fg*, *gh*, *hi*, *ik*, est æqualis summæ numerorum *el*, *lm*, *mn*, *nk*, estque idem numerus *ek*. Et quoniam *ef*, *fg*, *gh*, *hi*, *ik*, sunt æquales inter se: ergo *ef*, *eg*, *eh*, *ei*, *ek*, sunt simplex *b*, duplex, triplex, & reliqui deinceps multiplices. Item quoniam *el*, *lm*, *mn*, *nk*, sunt æquales: ergo *el*, *em*, *en*, *ek*, sunt simplex *d*, duplex, triplex, & reliqui deinceps multiplices.

Deinde quoniam *d*, vnitate maior est, quàm *b*: ergo 2*d*, binario maior est, quàm 2*b*: & 3*d*, ternario maior est, quàm 3*b*: & sic deinceps, & similiter *el*, vnitate maior, quàm *ef*: & *em*, binario maior, quàm *eg*: & *en*, ternario

maior,

l *m* *n*
e . . . . *K*
f *g* *h* *i*

maior quàm *eh*: & ſic deinceps. item ſimiliter *nk*, vnitate maior, quàm *ik*: & *mk*, binario maior, quàm *hk*: & *lk*, ternario maior, quàm *gk*. Quare *fl*, *gm*, *hn*, & deinceps, ſunt vnitas, binarius, ternarius, & deinceps: item *in*, *hm*, *gl*, ſunt vnitas, binarius, ternarius, & deinceps. Eſt ergo *ef*, vnitate maior, quàm *lg*; & *lg*, vnitate maior, quàm *mh*; & *mh*, vnitate maior, quàm *ni*; & *ni*, eſt vnitas.

Cum itaque tres ſint quantitates inæquales *ef*, *el*, *eg*, quarum *ef* minima, *el* media, *eg* ma-
3. *h.* xima. ſi *lg*, vnitate aucta, denominetur ab *ef*; & *fl*, ab *eg*: fiunt duæ fractiones, quarum ſumma, maior eſt, quàm *fg* vnitate aucta, denominata ab *el*. Sed *lg*, vnitate aucta, eſt *ef*; & *fg*, vnitate aucta, eſt *el*: ergo

ef (*ef*) + *fl* (*eg*): maior eſt, quàm *el* (*el*).

Similiter oſtendetur,

lg (*eg*) + *gm* (*eh*): maior, quàm *lm* (*em*).

Et *ml* (*eh*) + *hn* (*ei*): maior, quàm *mn* (*en*).

Deinde, cum duo ſint inæquales numeri, *ei*,
43. *h.* *ek*; quorum minor *ei*, maior *ek*, differentia *ik*: ſitque vnitas *ni*: & differentia *ik*, vnitate aucta, ſit *nk*. ergo

ni (*ei*) + *iK* (*eK*): maior eſt, quàm *nK* (*eK*.

44. *h.* Sed *ef* (*ef*), *fl* + *lg* (*eg*), *gm* + *mh* (*eh*), *hn* + *ni* (*ei*),

(ei), iK (eK) ſunt termini componentes prologarithmum C. nam ef, fl+lg, gm+mh, hn+ni, iK, ſunt numeratores æquales ipſi b, quos denominant, ef, eg, eh, ei, eK, nempe ſimplex b, duplex, triplex, & deinceps multiplices.

Eadem ratione conſtat, quod el (el), lm (em), mn (en), nK (eK) ſunt termini componentes prologarithmum A.

def. 26 b Ergo C, peſpectè maior eſt, quàm A. Quod &c. Quare &c.

Theor. 46. Prop. 46.

SI duorum inæqualium numerorum differentia, denominetur à minore; vnitas verò, à maiore: fiunt duæ fractiones; quarum ſumma, minor eſt, quàm differentia, vnitate aucta, denominata à minore.

Hypoth.

Sunto duo inæquales numeri a, a+b.

Dico b (a)+1 (a+b): minorem eſſe, quàm b+1 (a).

Demonſtr.

12. b. 1 (a+b); 1 (a): a; a+b.

1 (a+b): minor, quàm 1 (a).

addito communi b (a).

41. b. b (a)+1 (a+b): minor, quàm b+1 (a). Quod &c.

Quare &c.

Theo-

Theor. 47. *Prop.* 47.

SI fuerint prologarithmi ex duobus terminis à ſecundo, ex tribus à tertio, ex quatuor à quarto, & ſic deinceps: qui ex pluribus, perſpectè minor eſt, quàm, qui ex paucioribus vno.

Hypoth.

Sint duo prologarithmi; alter *A*, ex terminis ab 1 (*b*); & ex tot terminis, quotus eſt *b*; alter *C*, ex terminis ab 1 (*d*), & ex tot terminis, quotus eſt *d*: & eſto *b*, vnitate minor, quàm *d*.

Conſtat, quod 1 (*b*), totus ordine eſt, quotus, eſt *b*: & 1 (*d*), totus ordine, quotus eſt *d*. *prop.* 27. *h.*

Dico C, perſpectè minorem eſſe, quàm *A*.

Præpar.

m n o
e --- 20 --- f l
g h i k

Sumatur productus *bd*, qui ſit *ef*: eique adijciantur tot *b*, quotus eſt *d*, qui ſint *fg*, *gh*, *hi*, *ik*, *kl*: eidemque *ef*, tot *d* adijciantur, quotus eſt *b*, qui ſint *fm*, *mn*, *no*, *ol*.

Demonſtr.

16. 7. Quoniam productus *b* per *d*, & productus *d* per *b*, ſunt æquales: ſumma numerorum *fg*, *gh*, *hi*, *ik*, *kl*, ſummæ *fm*, *mn*, *no*, *ol*, eſt æqualis: eſtque idem numerus *fl*. Et quoniam *fg*, *gh*, *hi*, *iK*, *Kl*, ſunt æquales: ergo *fg*, *fh*, *fi*, *fK*, *fl*, ſunt ſimplex *b*, duplex, triplex, & reliqui deinceps

ceps

inceps multiplices. Item quoniam *fm*, *mn*, *no*, *ol*, sunt æquales: ergo *fm*, *fn*, *fo*, *fl*, sunt simplex *d*, duplex, triplex, & reliqui deinceps multiplices. Sed *ef*, ad *b* totuplex est, quotus est $d+1$: & *eh*, quotus est $d+2$: ideoque *ef*, *eg*, *eh*, *ei*, *eK*, sunt totuplices ad *b*, quoti sunt *d*, $d+1$, $d+2$, $d+3$, $d+4$. Item cum sit *ef*, ad *d* totuplex, quotus est *b*: erunt *ef*, *em*, *en*, *eo*, totuplices ad *d*, quoti sunt *b*, $b+1$, $b+2$, $b+3$.

Deinde quoniam *d*, vnitate maior est, quàm *b*: ergo 2*d*, binario maior est, quàm 2*b*: & 3*d*, ternario maior, quàm 3*b*; & sic deinceps, & similiter *fm*, vnitate maior, quàm *fg*; & *fn*, binario maior, quàm *fh*; & *fo*, ternario maior, quàm *fi*; & sic deinceps. item similiter *ol*, vnitate maior, quàm *Kl*; & *nl*, binario maior, quàm *il*; & *ml*; ternario maior, quàm *hl*. Quare *gm*, *hn*, *io*, sunt vnitas, binarius, ternarius, & deinceps: item *oK*, *ni*, *mh*, sunt vnitas, binarius, ternarius, & deinceps. Ergo *gm*, auctus vnitate, est *hn*; & *hn*, auctus vnitate, est *io*; & *io*, auctus vnitate, est *iK*, vel *b*.

Itaque sunt inæquales, & minores primùm, deinde maiores hoc ordine, *ef*, *eg*, *em*, *eh*, *en*, *ei*, *eo*, *eK*: quorum minimus *ef*, est productus *bd*: & differentia *ef*, *eg*, est *fg*, nempe *b*: est
9. *h*. autem *bd* ad *b*2, sicut *d* ad *b*, maior: ergo minimus *ef*, non est minor, quàm secunda potestas differentiæ *ef*, *eg*. ideoque neque *eg*, minor est, quàm secunda potestas differentiæ *eg*, *eh*.

$$\overset{}{e}\text{---}20\text{---}f \ldots \overset{m}{g} \ldots \overset{n}{h} \ldots \overset{o}{i} \ldots K \ldots l$$

neque *eh*, minor, quàm ſecunda poteſtas differentiæ *eh*, *ei*. neque *ei*, minor, quàm ſecunda poteſtas differentiæ *ei*, *ek*.

Quare ſi *fg*, denominetur ab *ef*; & vnitas *gm*,
46. *h.* denominetur ab *eg*: ſumma fractionum, minor eſt, quàm ſi *fg*, aucta vnitate, denominetur ab *ef*. eſt autem *fg*, aucta vnitate, æqualis ipſi *fm*: ergo

$fg\,(ef)+gm\,(eg)$: minor eſt, quàm $fm\,(ef)$.

2. *h.* Item ſi *mh* denominetur ab *eg*; & *gm*, aucta vnitate, ideſt *hn* denominetur ab *eh*: ſumma fractionum, minor eſt, quàm ſi *gh*, aucta vnitate, ideſt *mn*, denominetur ab *eh*.

$mh\,(eg)+hn\,(eh)$: minor eſt, quàm $mn\,(eh)$.

Similiter oſtendetur, quod

$ni\,(eh)+io\,(ei)$: minor eſt, quàm $no\,(en)$.

Et quòd

$oK\,(ei)+Kl\,(eK)$: minor eſt, quàm $ol\,(eo)$.

Sed $fg\,(ef)$, $gm+mh\,(eg)$, $hn+ni\,(eh)$, $io+oK\,(ei)$, $Kl\,(eK)$, ſunt $1\,(d)$, $1\,(d+1)$, $1\,(d+2)$, & deinceps reliqui termini, tot, quotus eſt *d*, componentes prologarithmum *C*. nam *fg*, eſt *b*: & *ef*, eſt productus *bd*: & $fg\,(ef)$, eſt $b\,(bd)$; ideſt, $1\,(d)$.
13. *h.* item $gm+mh$ eſt *b*: & *eg*, eſt $bd+b$: & $gm+mh\,(eg)$, eſt $b\,(bd+b)$; ideſt, $1\,(d+1)$. & ſic deinceps.

Simi-

13. b. Similiter $fm(ef)$, $mn(em)$, $no(en)$, $ol(eo)$, ſunt $1(b)$, $1(b+1)$, & deinceps reliqui termini, tot, quotus eſt b, componentes prologarithmum A. nam fm, mn, no, ol, ſunt d: & ef, em, en, eo, ſunt bd, $bd+d$, $bd+2d$, $bd+3d$, & ipſę fractiones
13. b. ſunt $d(bd)$, $d(bd+d)$, $d(bd+2d)$, $d(bd+3d)$; ideſt, $1(b)$, $1(b+1)$. &c.

def. 27 b Ergo C, eſt perſpectè minor, quàm A. Quod &c. Quare &c.

Theor. 48. *Prop.* 48.

SI fuerint duæ ſeries prologarithmorum, ex terminis ab vnitate; altera, ex quotcunque terminis; altera, ex totidem, & vno amplius: erit ſecundus prologarithmus ex pluribus, ſecundo ex paucioribus, perſpectè maior: & tertius, tertio: & quartus, quarto: & ſic deinceps ſinguli prologarithmi vnius ſeriei, ſingulis prologarithmis æqueordinatis alterius, perſpectè ſunt maiores.

Hypoth.

Sint duę ſeries prologarithmorum ex terminis ab vnitate: altera A, ex tot terminis, quotus eſt numerus b: altera C, ex tot, quotus eſt d. & eſto d, vnitate maior, quàm b.

Dico ſecundum prologarithmum ſeriei C, perſpectè maiorem eſſe, ſecundo ſeriei A.

Præpar.

l m n t u x
e . . . . *K* . . . . *s*
f g h i o p q r

Sumatur numerus *b* toties, quotus eſt *d:* & ſint ſumpti numeri *ef, fg, gh, hi, iK.* item numerus *d* toties, quotus eſt *b:* & ſint ſumpti numeri *el, lm, mn, nK.* Sumatur iterum *b* toties, quotus eſt *d:* & ſint ſumpti numeri *Ko, op, pq, qr, rs.* & iterum *d,* ſumatur toties, quotus eſt *b:* & ſint ſumpti numeri *Kt, tu, ux, xs.*

Demonſtr.

16. 7. Quoniam productus *b* per *d,* eſt æqualis producto *d* per *b:* ſumma numerorum *ef, fg, gh, hi, iK,* ſummæ numerorum *el, lm, mn, nK,* eſt æqualis: & ſumma numerorum *Ko, op, pq, qr, rs,* ſummæ *Kt, tu, ux, xs,* eſt æqualis. Sunt autem & ſingulæ partes *ek,* ſingulis *Ks* partibus æquales; & omnes, omnibus: & *ef, el, eg, em, eh, en, ei, ek,* ipſis *ko, kt, kp, ku, kq, kx, kr, ks;* ſinguli numeri, ſingulis ęquales; & eorum dif-
def. 8. b. ferentiæ æquales, & ſimiles: atque omnes ordinatim accepti, vt ſupra, vſque ad *k,* ſimiliter arithmeticè ſunt diſpoſiti, atque omnes reliqui, vſque ad
45. b. *s.* Et ſicut demonſtratum eſt, quòd
3. b. *ef(ef)+fl(eg):* maior eſt, quàm *el(el).*
3. b. *lg(eg)+gm(eh):* maior, quàm *lm(em).*
3. b. *mh(eh)+hn(ei):* maior, quàm *mn(en).*

ni-

43. h. *ni*(*ei*)+*ik*(*ek*): maior, quàm *nk* (*ek*).

ita in præſenti demonſtrabitur, eodem prorſus argumento, quòd

3. h. *ko*(*eo*)+*ot*(*ep*): maior eſt, quàm *kt*(*et*).

3. h. *tp*(*ep*)+*pu*(*eq*: maior, quàm *tu*(*eu*).

3. h. *uq*(*eq*)+*qx*(*er*): maior, quàm *ux*(*ex*).

43. h. *xr*(*er*)+*rs*(*es*): maior, quàm *xs*(*es*).

45. h. Item ſicut demonſtratum eſt, quòd

ef(*ef*), *fl*+*lg*(*eg*), *gm*+*mh*(*eh*), *hn*+*ni*(*ei*), *ik*(*ek*), ſunt termini componentes primum prologarithmum ſeriei *C*: & quòd *el*(*el*), *lm*(*em*), *mn*(*en*), *nK*(*eK*), ſunt componentes primum ſeriei *A*. ita demonſtrabitur in præſenti, quòd

Ko(*eo*), *ot*+*tp*(*ep*), *pu*+*uq*(*eq*), *qx*+*xr*(*er*), *rs*(*es*), ſunt termini componentes prologarithmum ſecundum ſeriei *C*: & quòd *Kt*(*et*), *tu*(*eu*), *ux*(*ex*), *xs*(*es*), ſunt componentes ſecundum prologarithmum ſeriei *A*.

45. h. Et omninò ſicut oſtenſum eſt, quòd primus ſeriei *C*, eſt perſpectè maior, primo ſeriei *A*: ita
def.8.h. demonſtrabitur, quòd ſecundus ſeriei *C*, eſt perſpectè maior ſecundo ſeriei *A*. Quod &c.

Similiter oſtendetur, quòd & tertius tertio, & quartus quarto, ſunt perſpectè maiores: & quòd quiſque prologarithmus ſeriei *C*, perſpectè maior eſt, æqueordinato prologarithmo ſeriei *A*.

Quare &c.

Theor. 49. Prop. 49.

SI fuerint ſeries prologarithmorum, ex binis à ſecundo, ex ternis à tertio, ex quaternis à quarto, & ſic deinceps: ſecundus prologarithmus eius, quę ex pluribus, perſpectè minor eſt, quàm ſecundus eius, quæ ex paucioribus vno: & tertius, perſpectè minor, quàm tertius: & quartus, quàm quartus: & ſic deinceps vnuſquiſque perſpectè eſt minor, quàm ſuus æqucordinatus prologarithmus.

Hypoth.

Sint duæ ſeries prologarithmorum: altera *A*, ex terminis ab 1(*b*), & ex totenis, quotus eſt *b*: altera *C*, ex terminis ab 1(*d*), & ex totenis, quotus eſt *d*. & eſto *b*, vnitate minor, quàm *d*.

Conſtat, quòd 1(*b*) totus eſt ordine, qnotus *b*: & 1(*d*), totus ordine, quotus *d*. *prop.* 27. *h*.

Dico ſecundum prologarithmum ſeriei *C*, perſpectè minorem eſſe, ſecundo ſeriei *A*.

Præpar.

m n o q s u
c---2o---*f*.... .... *l* .... *y*
g h i K p r t x

Sumatur productus *bd*, qui ſit *ef*: eique adijciantur tot *b*, quotus eſt *d*, qui ſint *fg*, *gh*, *hi*, *iK*, *Kl*: eidemque *ef*, tot *d* adijciantur, quotus eſt *b*, qui ſint *fm*, *mn*, *no*, *ol*, & iterum ipſi *el*, adijciantur tot *b*, quotus eſt *d*, qui ſint *lp*, *pr*, *rt*, *tx*, *xy*: necnon iterum eidem *el*, adijciantur tot

d,

d, quotus est *b*, qui sint *lq*, *qs*, *su*, *uy*.

Demonstr.

16. 7. Quoniam productus *b* per *d*, est æqualis producto *d* per *b*: summa numerorum *fg*, *gh*, *hi*, *iK*, *Kl*, summæ *fm*, *mn*, *no*, *ol*, est æqualis: & summa *lp*, *pr*, *rt*, *tx*, *xy*, summæ *lq*, *qs*, *su*, *uy*, æqualis. Sunt autem & singulæ partes *fl*, singulis *ly* partibus æquales; & omnes, omnibus: & *fg*, *fm*, *fh*, *fn*, *fi*, *fo*, *fK*, ipsis *lp*, *lq*, *lr*, *ls*, *lt*, *lu*, *lx*, singuli numeri, singulis æquales: & eorum differentiæ æquales, & similes: additisque vtrimq; communibus numeris *ef*, *el*, etiam composito-

def.8.h. rum differentiæ sunt æquales & similes: & *ef*, *eg*, *em*, *eh*, *en*, *ei*, *eo*, *eK*, sunt similiter arithmeticè dispositi, atque *el*, *ep*, *eq*, *er*, *es*, *et*, *eu*, *ex*.

47. h. Est autem *ef*, non minor, quàm secunda potestas *fg*, & est *el*, maior, quàm *ef*; & *lp* æqualis ipsi *fg*: ergo *el* non minor est, quàm secunda potestas *lp*: ideoque similiter etiam *ep*, non minor, quàm secunda potestas *pr*: & *er*, non minor, quàm secunda potestas *rt*: & *et*, non minor, quàm secun-

47. h. da potestas *tx*. Itaque sicut demonstratum est, quod

46. h. *fg* (*ef*)+*gm* (*eg*): minor est, quàm *fm* (*ef*).

2. h. *mh* (*eg*) +*hn* (*eh*): minor, quàm *mn* (*eh*).

2. h. *ni* (*eh*) +*io* (*ei*): minor, quàm *no* (*en*).

2. h. *oK* (*ei*)+*Kl* (*eK*): minor, quàm *ol* (*eo*).

Sic

m n o q s u
c---20---f.... . ...l.... . ...y
g h i K p r t x

Sic demonstrabitur, quòd

46. h. *lp (el)+pq (ep)* minor est, quàm *lq (el)*.

2. h. *qr (ep)+rs (er)* minor, quàm *qs (eq)*.

2. h. *st (er)+tu (et)* minor, quàm *su (es)*.

2. h. *ux (et)+xy (ex)* minor, quàm *uy (eu)*.

47. h. Item sicut demonstratum est, quòd

fg (ef), gm+mh (eg), hn+ni (eh), io+ok (ei), Kl (ek).

componunt primum prologarithmum seriei *C*: & quòd

fm (ef), mn (em), no (en), ol (eo), componunt primum seriei *A*. sic

lp(el), pq+qr(ep), rs+st(er), tu+ux(et), xy(ex), componunt secũdum prologarithmum seriei *C*: &

lq (el), qs (eq), su (es), uy (eu), componunt se-

47. h. cundum seriei *A*. Et omninò sicut primus seriei

def. 8. h. *C*, perspectè est minor primo seriei *A*: ita secundus prologarithmus, est perspectè minor secundo. Quod &c.

Similiter ostendetur, quod & tertius tertio, & quartus quarto, sunt perspectè minores: & quod quisque prologarithmus seriei *C*; pespectè minor est, æqueordinato prologarithmo seriei *A*.

Quare &c.

Theor. 50. Prop. 50.

HYperlogarithmi rationum duplę, & superparticularium, quò sunt, minores inter terminos, eò sunt minores.

Præpar.

Esto *A*, series harmonica naturalis: & ordinentur *B*, *C*, *D*, series prologarithmorum; *B* quidem, ex binis à secundo; *C*, ex ternis à tertio; *D*, ex quaternis à quarto; & sic deinceps, à quotoquolibet, ex totenis.

Demonstr.

def.12.h Nam in serie arithmetica naturali, ratio subdupla, est inter minimos terminos, primum, & secundum; deinde inter maiores, ordinatim multi-
21. 7. plos minimorum; videlicet inter secundum, &
19. h. quartum; inter tertium, & sextum; inter quartum, octauum. Ergo reciprocè, in serie harmonica na-
24. h. turali, ratio dupla, est inter maximos terminos,
def.20 h primum, & secundum; deinde inter minores ordinatim submultiplos maximorum; videlicet inter secundum, & quartum; inter tertium, & sextum;
def.22 h inter quartum, & octauum. Ergo rationis duplę, inter maximos terminos primum, & secundum, hyperlogarithmus, est primus terminus seriei *A*, nempe vnitas. deinde inter minores terminos secundum, & quartum, hyperlogarithmus, est primus prologarithmus seriei *B*, ex duobus à secundo, nempe ex secundo, & tertio. & inter tertium,

& ſextum, minores adhuc terminos, hyperlogarithmus, eſt primus prologarithmus ſeriei *C*, ex tribus à tertio, nempe ex tertio, quarto, & quinto. Et deinceps inter minores terminos quartum, & octauum, hyperlogarithmus, eſt primus prologarithmus ſeriei *D*, ex quatuor à quarto, nempe
47. *h.* ex quarto, quinto ſexto, & ſeptimo. Sed huiuſmodi primorum prologarithmorum, minor eſt qui ex pluribus, quàm qui ex paucioribus terminis. Ergo hyperlogarithmorum duplæ rationis minor eſt, qui minores inter eſt terminos, quàm qui inter maiores. Quod &c.

Rurſum in ſerie arithmetica naturali, ratio ſub-
26. *h.* ſeſquialtera, eſt inter minimos terminos, ſecun-
12. 7. dum, & tertium; deinde inter maiores, ordinatim
19. *h.* multiplos minimorum; videlicet inter quartum, & ſextum; inter ſextum, & nonum; inter octauum,
24. *h.* & duodecimum. Ergo reciprocè in ſerie harmonica naturali, ratio ſeſquialtera eſt inter maximos terminos, ſecundum, & tertium; deinde inter minores, ſubmultiplos maximorum, quartum, & ſextum; & inter minores, ſextum, & nonum; & ad-
def. 22 h huc inter minores, octauum, & duodecimum. Ergo rationis ſeſquialteræ inter maximos terminos, ſecundum, & tertium, hyperlogarithmus, eſt ſecundus ſeriei *A.* deinde inter minores, quartum, & ſextum, hyperlogarithmus, eſt ſecundus pro-

loga-

logarithmus ſeriei *B*, ex duobus à quarto, nempe ex quarto, & quinto. & inter ſextum, & nonum, adhuc minores, hyperlogarithmus, eſt ſecundus ſeriei *C*, ex tribus à ſexto, nempe ex ſexto, ſeptimo, & octauo. & inter octauum, & duodecimum, adhuc minores, hyperlogarithmus, eſt ſecundus ſeriei *D*, ex quatuor ab octauo, nempe ex octauo,
49. h. nono, decimo, & vndecimo. Sed in ſeriebus huiuſmodi, ſecundorum prologarithmorum, minor eſt, qui ex pluribus, quàm qui ex paucioribus terminis. Ergo ſeſquialteræ rationis hyperlogarithmorum minor eſt, qui minores inter terminos, quàm qui eſt inter maiores. Quod &c.

Similiter prorſus demonſtratione oſtendetur, de ſeſquitertia ratione, adhibitis tertijs prologarithmis earumdem ſerierum: & de ſeſqui quarta, adhibitis quartis prologarithmis: & de omni ſuperparticulari ratione.

Quare &c.

Theor. 51. Propoſ. 51.

OMnis ratio multipla, vel eſt dupla, vel ex dupla & ſuperparticularibus compoſita.

Demonſtr.

Nam tripla 3 ad 1, ex ſeſquialtera, 3 ad 2, &
def. 5. 6. dupla, 2 ad 1, componitur: quadrupla, 4 ad 1, ex ſeſquitertia, 4 ad 3, ſeſquialtera, 3 ad 2, & dupla, 2 ad 1: quintupla, 5 ad 1, ex ſeſquiquarta, 5

ad 4, sesquitertia, 4 ad 3, sesquialtera, 3 ad 2, & dupla, 2 ad 1. Et sic de reliquis.

Quare &c.

Theor. 52. *Prop.* 52.

OMnis ratio numerosa, ex superparticularibus componitur.

Hypoth.

Esto ratio numerosa *a* ad *b*.

Dico *a* ad *b* rationem ex superparticularibus esse compositam.

Præpar.

Assumantur numeri 8, 5, eamdem inter se rationem habentes *a* ad *b*. & inter 8, & 5. medij numeri. 7. 6.

Demonstr.

def.5.6. Ratio 8 ad 5 ex rationibus 8 ad 7, 7 ad 6, 6 ad 5, componitur. Sed 8 ad 7, ratio numeri ad numerum vnitate minorem, est superparticularis, item 7 ad 6, 6 ad 5, sunt rationes superparticulares: ergo ratio numerosa, 8 ad 5, vel *a* ad *b*, ex rationibus superparticularibus componitur. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 53. *Prop.* 53.

QVotcunque terminorum, è serie harmonica naturali, ordine quantitatis acceptorum, hyperlogarithmus

rithmus rationis compositæ inter extremos, componitur ex hyperlogarithmus rationum componentium, inter extremos, & medics. & hypologarithmus ex hypologarithmis.

Hypoth.

In serie harmonica naturali, sint tres termini a, b, c: & esto a, maior, quàm b; & b, maior, quàm c.

Dico rationis a ad c, inter terminos a, c, hyperlogarithmum, ex, rationis a ad b, inter a, b, & rationis b ad c, inter b, c, hyperlogarithmis componi.

Et hypologarithmum, ex hypologarithmis.

Præpar.

Sumantur inter terminos a, b, omnes medij in serie harmonica naturali: necnon inter b, c. & sint inter a, c termini.

$$a \quad g \quad h \quad i \quad b \quad K \quad l \quad m \quad n \quad c$$

Demonstr.

Hyperlogarithmus rationis a ad b, inter terminos a, b, est $a+g+h+i$. Hyperlogarithmus rationis b ad c, inter terminos b, c, est $b+K+l+m+n$. Hyperlogarithmus rationis a ad c, inter terminos a, c, est $a+g+h+i+b+K+l+m+n$. ex vtrarumque rationum a ad b; & b ad c, hyperlogarithmis, inter eosdem terminos compositus. Quod &c.

Item rationis a ad b, inter a, b, hypologarithmus est, $g+h+i+b$: & rationis b ad c, inter b, c, est $K+l+m+n+c$: & rationis a ad c, est $g+h+i+b+K+l+m+n+c$. ex vtrisque compositus. Quod &c. Quare &c.

Theor. 54. *Prop.* 54.

CViusque numerosæ rationis hyperlogarithmi, quò sunt, minores inter terminos, eò sunt minores.

Hypoth.

Esto numerosa ratio inter seriei harmonicæ terminos ab vnitate, maiores 1(3*a*), 1(3*b*), & deinde inter minores 1(4*a*), 1(4*b*).

Dico inter 1(4*a*), 1(4*b*), minorem esse hyperlogarithmum, quàm inter 1(3*a*), 1(3*b*).

Præpar.

Assumantur minimi numeri in eadem ratione
21. 7. *a*, *b*: & deinceps maiores, nempe dupli, tripli,
27. *h*. quadrupli, donec inueniãtur denominatores propositorum terminorum, 3*a*, 3*b*, 4*a*, 4*b*. Deinde inter *a*, *b* ordinentur omnes medij, in serie arithmetica naturali, quorum deinceps supparticulares sunt rationes, *a*, *c*, *d*, *b*; & eorum æquemulti-
15. 5. pli 3*a*, 3*c*, 3*d*, 3*b*, easdem supparticulares habentes rationes deinceps; necnon & æquemultipli easdem habentes rationes 4*a*, 4*c*, 4*d*, 4*b*. Sumantur denique in serie harmonica termini, ab his denominati 1(3*a*), 1(3*c*), 1(3*d*), 1(3*b*): & 1(4*a*), 1(4*c*), 1(4*d*), 1(4*b*).

Demonstr.

24. *h*. Terminorum 1(4*a*), 1(4*c*), 1(4*d*), 1(4*b*) rationes deinceps, necnõ terminorum 1(3*a*), 1(3*c*), 1(3*d*), 1(3*b*), reciprocè sunt eędem, quæ termi-

norum

norum 4a, 4c, 4d, 4b, necnon 3a, 3c, 3d, 3b:
50. h. idest, eædem superparticulares. Quarum rationis inter 1(4a), 1(4c), minor est hyperlogarithmus, quàm inter 1(3a), 1(3c): & inter 1(4c), 1(4d), minor, quàm inter 1(3c), 1(3d): & inter 1(4d), 1(4b),
53. h. minor, quàm inter 1(3d), 1(3b). Et ex minoribus hyperlogarithmis, minor est hyperlogarithmus compositus, rationis compositæ inter extremos 1(4a), 1(4b), quàm ex maioribus, inter extremos 1(3a), 1(3b). Quod &c.

Quare &c.

Theor. 55. *Prop.* 55.

HYperlogarithmi rationum duplæ, & superparticularium, quò sunt, minores inter terminos, eò sunt maiores.

Præpar.

Esto *A* series harmonica naturalis: & ordinentur *B*, *C*, *D*, series prologarithmorum ab vnitate; *B* quidem, ex binis; *C*, ex ternis; *D*, ex quaternis; & sic deinceps.

Demonst.

def.12.h Nam in serie arithmetica naturali, ratio subdupla est inter minimos terminos, primum, & secundum; deinde inter maiores, ordinatim multiplos
21.7. minimorum; videlicet inter secũdum, & quartum;
19. h. inter tertium, & sextum; inter quartum, & octauũ.
24. h. Ergo reciprocè in serie harmonica naturali, ratio
def.20b dupla

dupla est inter maximos terminos, primum, & secundum; deinde inter minores ordinatim submultiplos maximorum; videlicet, inter secundum, & quartum; inter tertium, & sextum; inter quartum,
def.23 h & octauum. Ergo rationis duplæ, inter maximos terminos primũ, & secundum, hypologarithmus, est secundus terminus seriei *A*, nempe 1(2). deinde inter minores terminos secundum, & quartum, hypologarithmus, est secundus prologarithmus seriei *B*, ex duobus à tertio, nempe ex tertio, & quarto: & inter tertium, & sextum, minores adhuc terminos hypologarithmus, est secundus prologarithmus seriei *C*, ex tribus à quarto, nempe ex quarto, quinto, & sexto. & deinceps inter minores terminos, quartum, & octauum, hypologarithmus, est secundus prologarithmus seriei *D*, ex quatuor à quinto, nempe ex quinto sexto,
48. h. septimo, & octauo. Sed huiusmodi secundorum prologarithmorum, maior est, qui ex pluribus, quàm qui ex paucioribus terminis. Ergo hypologarithmorum duplę rationis maior est, qui minores inter est terminos, quàm qui inter maiores. Quod &c.

Rursum in serie arithmetica naturali, ratio sub-
26. h. sesquialtera, est inter minimos terminos, secun-
21. 7. dum, & tertium; deinde inter maiores, ordinatim
19. h. multiplos minimorum; videlicet, inter quartum,

& sex-

& sextum; inter sextum,& nonum; inter octauum,
24. h. & duodecimum. Ergo reciprocè in serie harmonica naturali, ratio sesquialtera est inter maximos terminos, secundum, & tertium; deinde inter minores, submultiplos maximorum, quartum, & sextum; & inter minores sextum, & nonum; & adhuc inter minores octauum, & duodecimum.
def.23h Ergo rationis sesquialteræ inter maximos terminos, secundum, & tertium, hypologarithmus, est tertius seriei *A*. deinde inter minores, quartum,& sextum, hypologarithmus, est tertius prologarithmus seriei *B*, ex duobus à quinto, nempe ex quinto, & sexto. & inter sextum,& nonum, adhuc minores terminos, hypologarithmus est tertius seriei *C*, ex tribus à septimo, nempe ex septimo, octauo,& nono. & inter octauum,& duodecimum adhuc minores, hypologarithmus, est terutis seriei *D*, ex quatuor à nono, nempe ex nono, decimo, vndecimo, & duodecimo.
48. h. Sed in seriebus huiusmodi, tertiorum prologarithmorum, maior est, qui ex pluribus, quàm qui ex paucioribus terminis. Ergo sesquialteræ rationis hypologarithmorum, maior est, qui minores inter terminos, quàm qui est inter maiores. Quod &c.

Simili prorsus demonstratione ostendetur; de sesquitertia ratione, adhibitis quartis prologarithms earumdem serierum: & de sesquiquarta, adhibitis quintis prologa-

rithmis: & de omni ſuperparticulari ratione.
Quare &c.

Theor. 56. Propoſ. 56.

CViuſque numeroſæ rationis hypologarithmi, quò ſunt, minores inter terminos, eò ſunt maiores.

Hypoth.

Eſto numeroſa ratio inter ſeriei harmonicæ naturalis terminos ab vnitate, maiores 1(3*a*), 1(3*b*), & deinde inter minores 1(4*a*), 1(4*b*).

Dico inter 1(4*a*), 1(4*b*), maiorem eſſe hypologarithmum, quàm inter 1(3*a*), 1(3*b*).

Præpar.

Aſſumantur minimi numeri in eodem ratione *a*, *b*: & inter minimos, medij omnes *c*, *d*: quorum terminorum *a*, *c*, *d*, *b*, rationes deinceps ſunt ſup-particulares; aſſumantur & eorum multipli, do-
27. *h.* nec propoſitorum terminorum denominatores
15. 5. inueniantur, 3*a*, 3*c*, 3*d*, 3*b*, & 4*a*, 4*c*, 4*d*, 4*b*, eaſdem ſupparticulares habẽtes rationes deinceps. Sumantur denique in ſerie harmonica, termini ab his denominati 1(3*a*), 1(3*c*), 1(3*d*), 1(3*b*), &
24. *h.* 1(4*a*), 1(4*c*), 1(4*d*), 1(4*b*): quorum rationes deinceps, reciprocè ſunt eędem, & ſuperparticulares.

Demonſtr.

55. *h.* Inter 1(4*a*), 1(4*c*), maior eſt hypologarithmus, quàm inter 1(3*a*), 1(3*c*): & inter 1(4*c*),

1(4*d*),

1(4d), maior, quàm inter 1(3c), 1(3d): & inter 1(4d), 1(4b), maior, quàm inter 1(3d), 1(3b).

53. b. Et ex maioribus hypologarithmis, maior est hypologarithmus compositus, rationis compositæ, inter extremos 1(4a), 1(4b), quàm ex minoribus, inter extremos 1(3a), 1(3b). Quod &c.

Quare &c.

Theor. 57. *Prop.* 57.

Eiusdem rationis, inter eosdem terminos, hyperlogarithmus hypologarithmo est maior.

Hypoth.

Sint in serie harmonica naturali ab vnitate, termini *a*, *b*: & esto *a* prior, quàm *b*.

Dico rationis *a* ad *b*, inter *a*, *b* terminos, hyperlogarithmum hypologarithmo maiorem esse.

Præpar.

Inter *a*, *b*, sumantur medij omnes in serie harmonica, quorum summa *c*.

Demonst.

hypoth. *a*: prior, quàm *b*.

27. *b.* *a*: maior, quàm *b*.

$a+c$: maior, quàm $c+b$.

def.22b $a+c$: hyperlogarithmus.

def.23b $c+b$: hypologarithmus.

Ergo rationis *a* ad *b*, inter *a*, *b* terminos, hyperlogarithmus, est maior hypologarithmo. Quod &c. Quare &c.

Theor. 58. Prop. 58.

EIuſdem rationis inter quoſcunque terminos, hyperlogarithmus hypologarithmo eſt maior.

Hypoth. comm.

In ſerie harmonica naturali ab vnitate, ſunto termini proportionales *a* ad *b*, vt *c* ad *d*.

Dico inte r *a*, *b* hypologarithmum, hypologarithmo inter *c*, *d*, maiorem eſſe.

Hypoth. p. caſ.

Eſto *a*, maior, quàm *c*.

Demonſtr.

14. 5. Quoniam *a*, maior eſt, quàm *c*; etiam *b*, maior eſt, quàm *d*: & inter *a*, *b*, maior eſt hyperlo-
54. *h.* garithmus, quàm inter *c*, *d*: ſed inter *c*, *d*, hy-
58. *h.* perlogarithmus hypologarithmo eſt maior: ergo inter *a*, *b* hyperlogarithmus, hypologarithmo inter *c*, *d*, eſt maior. Quod &c.

Hypoth. 2. *caſ.*

Eſto *a*, minor, quàm *c*.

Demonſtr.

14. 5. Quoniam *a*, minor eſt, quàm *c*; etiam *b* minor eſt, quàm *d*: & inter *a*, *b*, hyperlogarithmus
58. *h.* hypologarithmo eſt maior: hypologarithmus au-
55. *h.* tem inter *a*, *b*, hypologarithmo inter *c*, *d*, eſt maior. Ergo inter *a*, *b* hyperlogarithmus, hypologarithmo inter *c*, *d*, eſt maior. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 1. Prop. 59.

DAta ratione, terminos inuenire cuiuſpiam determinatæ rationis numeroſæ, in ſerie harmonica naturali ab vnitate, quos inter hypologarithmus ad vltimum, maior eſt, quàm in data ratione.

Hypoth.

Sit data ratio *a* ad *b*: & ſit determinata ratio numeroſa *c* ad *d*.

Oportet inuenire in ſerie harmonica naturali ab vnitate, terminos proportionales, vt *c* ad *d*: quos inter hypologarithmus ad vltimum eorum, maior eſt, quàm vt *a* ad *b*.

Conſtr.

Rationis *c* ad *d*, minimi numeri inueniantur *c*, *d*: & eſto *c* minor, quàm *d*; cuius defectus *e*: & inueniatur *f* multiplex ipſius *e*, & maior ad vnitatem, quàm vt *a* ad *b*: & quotuplex eſt *f* ad *e*, totus numerus accipiatur *g*: per quem multiplicentur *c*, *d*, termini, & fiant *gc*, *gd* producti: quibus denominatæ ſumantur vnitates in ſerie harmonica naturali, 1(*gc*), 1(*gd*).

Dico inter 1(*gc*), 1(*gd*) hypologarithmum ad 1(*gd*), maiorem eſſe, quàm vt *a* ad *b*.

Demonſtr.

9. *h.* | Quoniam *c*, minor eſt, quàm *d*: & *gc*, minor
12. *h.* | quàm *gd*: ergo reciprocè 1(*gc*) maior eſt, quàm
*def.*19.*h* | 1(*gd*): & ſinguli medij harmonici inter 1(*gc*), 1-
p. 3. | (*gd*), ſunt maiores, quàm 1 (*gd*): & ſimul omnes

ad

ad 1 (*gd*) maiores sunt, quàm vt eorum multitudo ad vnitatem. & componendo hypologarithmus inter 1 (*gc*), 1 (*gd*), maior est ad 1 (*gd*), quàm vt eius multitudo terminorum ad vnitatem.

p. 3.

44. *b.* Termini autem seriei harmonicę ab vnitate inclusiuè, vsque ad 1 (*gd*) inclusiuè, tot sunt, quotus est *gd*: & vsque ad 1 (*gc*) inclusiuè, quotus est, *gc*: & ab 1 (*gc*) exclusiuè, vsque ad 1 (*gd*) inclusiuè,

30. *b.* tot, quotus est, *gd* --- *gc*. Sed *d* --- *c*, est *e*: & *gd* --- *gc*, est *ge*: & *g* multiplicans *e*, facit *f*. Ergo termini ab 1 (*gc*) exclusiuè, vsque ad 1 (*gd*) inclu-

def. 23 *b* siuè, tot sunt, quotus est *f*. Sed termini ab 1 (*gc*) exclusiuè, vsque ad 1 (*gd*) inclusiuè, componunt hypologarithmum inter 1 (*gc*), 1 (*gd*): ergo multitudo terminorum hypologarithmi inter 1 (*gc*),

constr. 1 (*gd*), est *f*. Sed *f* ad vnitatem maior est, quàm vt *a* ad *b*. Ergo hypologarithmus inter 1 (*gc*), 1 (*gd*), ad 1 (*gd*), maior est, quàm vt *a* ad *b*. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 2. Prop. 60.

DAta ratione, terminos inuenire cuiuspiam determinatæ rationis numerosæ, in serie harmonica naturali ab vnitate, quos inter hyperlogarithmus ad primum maior est, quàm in data ratione.

Hy-

Hypoth.

Sit data ratio *a* ad *b*: & sit determinata ratio numerosa *c* ad *d*: & esto *c*, minor, quàm *d*.

Oportet inuenire, in serie harmonica naturali ab vnitate, terminos proportionales vt *c* ad *d*: quos inter hyperlogarithmus ad primum eorum, maior est, quàm vt *a* ad *b*.

Constr.

59. *h.* Fiat vt *d* ad *c*, ita *b* ad *e*: & inueniantur termini in serie harmonica naturali ab vnitate, proportionales *f* ad *g*, vt *d* ad *c*; inter quos hypologarithmus, maior sit ad *g*, quàm vt *a* ad *e*.

Dico inter *f*, *g* hyperlogarithmum, ad *f*, maiorem esse, quàm vt *a* ad *b*.

Demonstr.

constr. Inter *f*, *g* hypologarithmus, ad *g*, maior est,
constr. quàm vt *a* ad *e*: *g* ad *f*, est vt *e* ad *b*: ergo inter
4. 3. *f*, *g* hypologarithmus, ad *f*, maior est, quàm vt
57. *h.* *a* ad *b*. Sed inter *f*, *g* hyperlogarithmus hypo-
8. 5. logarithmo est maior; maioremque habet ad *f* ra-
13. 5. tionem: ergo inter *f*, *g* hyperlogarithmus, ad *f*, maior est, quàm vt *a* ad *b*. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 3. *Prop.* 61.

DAtis duabus numerosis, & non æquealtis rationibus, vtrisque maioris, vel vtrisque minoris inæquali-

qualitatis: inuenire in ſerie harmonica naturali, terminos duarum rationum, vt hypologarithmus altioris, maior ſit hyperlogarithmo depreſſioris.

Hypoth.

Sint duæ rationes numeroſæ, vtræque maioris, vel vtræque minoris inæqualitatis, *A* altior, *B* depreſſior.

Oportet in ſerie harmonica naturali, terminos inuenire vtrarumque, vt hypologarithmus *A*, ſit maior hyperlogarithmo *B*.

Conſtr.

35.7. Inueniantur *c*, *d*, minimi numeri numeroſæ
35.7. rationis *A*: quorum *c*, minor, quàm *d*. Item inueniantur *e*, *f*, minimi numeroſæ rationis *B*:
def.28.h quorum *e*, minor, quàm *f*. Fiat ex *c*, *e* pro-

	A				*B*		
	c	*d*			*e*	*f*	
	ce		*cf*	*g*		*de*	
cef	*eg*		*cf2*	*fg*		*def*	
1(*cef*)	1(*eg*)			1(*fg*)		1(*def*)	

9.h. ductus *ce*: & vt *c* ad *d*, ita *ce* ad *de*: & vt *e* ad *f*, ita *ce* ad *cf*. Et quoniam altior eſt *A*, quàm *B*; ideſt, *c* ad *d*, quàm *e* ad *f*; ideſt, *ce* ad *de*, quàm *ce* ad *cf*. & ſunt minoris inæqualitatis.
def.p.4. ergo *ce* minor eſt ad *de*, quàm ad *cf*. Ergo *cf*,
10.5. minor eſt, quàm *de*. Sumatur inter *cf*, *de* medius quilibet numerus *g*. & multiplicentur om-
def.28.h nes *ce*, *cf*, *g*, *de*, communiter per *f*: & ſint

pro-

def.28b producti *cef*, *cf2*, *fg*, *def*. necnon multiplicetur
9. b. *g*, per *e*: & sit productus *eg*. Et quoniã *cef* ad *cf2*, est
11. 5. vt *e* ad *f*: item *eg* ad *fg*, est vt *e* ad *f*: ergo *cef* ad *cf2*,
constr. est vt *eg* ad *fg*. Est autem *cf*, minor, quàm *g*: er-
14. 5. go *cf2*, minor est, quàm *fg*: ergo *cef*, minor est, quam *eg*: ergo sunt quatuor numeri, hoc ordine, *cef*, *eg*, *fg*, *def*, priores minores posterioribus; à
27. b. quibus denominatæ vnitates 1(*cef*), 1(*ge*), 1(*fg*), 1(*def*), sunt in serie harmonica naturali ab vnita-
24. b. te, hoc ordine, priores maiores posterioribus. &
24. & est 1(*cef*) ad 1(*def*), vt *d* ad *c*; & 1(*eg*) ad 1-
9. b. (*fg*), vt *f* ad *e*.

Dico hypologarithmum inter terminos 1(*cef*), 1(*def*), maiorẽ esse hyperlogarithmo inter terminos 1(*eg*), 1(*fg*).

Demonstr.

def.23b Nam hypologarithmus inter terminos 1(*cef*), 1(*def*), ex 1(*eg*), ex 1(*fg*), & ex omnibus inter-
def.22b medijs, alijsque terminis componitur: hyperlogarithmus verò inter 1(*eg*), 1(*fg*), ex 1(*eg*), & ex intermedijs terminis, vsque ad 1(*fg*) exclusiuè, componitur. Ergo hyperlogarithmus inter 1-(*cef*), 1(*def*), maior est hyperlogarithmo inter 1(*eg*), 1(*fg*). Quod &c. Quare &c.

Probl. 4. Prop. 62.

DAta qualibet ratione inæqualitatis, inuenire in serie harmonica naturali ab vnitate, terminos determi-

natam habentes rationem inter quos hyperlogarithmus ad hypologarithmum propior est æqualitati, quàm in data ratione.

Hypoth.

Sit data ratio inæqualitatis *a* ad *b*: & sit determinata quædam ratio *C*.

Oportet inuenire terminos in serie harmonica naturali ab vnitate, habentes eamdem *C* rationem; inter quos hyperlogarithmus ad hypologarithmum est propior æqualitati, quàm vt *a* ad *b*.

Constr.

60. *b.* Esto *a* maior quàm *b*. & inueniantur in serie harmonica naturali ab vnitate, termini, prior *d*, posterior *e*; inter quos hyperlogarithmus ad priorem *d*, maior est, quàm vt *a* ad *a* --- *b*.

Dico inter *d*, *e* hyperlogarithmum ad hypologarithmum, maiorem esse, quàm vt *a* ad *b*; maiorem, quàm vt *b* ad *a*.

Præpar.

Inter *d*, *e*, assumatur mediorum omnium harmonicorum summa *f*.

Demonstr.

deff. 22. & 23 *b.* Inter *d*, *e* hyperlogarithmus est *d*+*f*; & hy-
constr. pologarithmus *f*+*e*: & est *d*+*f* ad *d*, maior, quàm
3. 3. vt *a* ad *a* --- *b*: & per conuersionem rationis, *d*
8. 5. +*f* ad *f*, minor, quàm vt *a* ad *b*. Sed *d*+*f* ad *f*
13. 5. +*e*, minor est, quàm vt *d*+*f* ad *f*. Ergo *d*+*f* ad

f+*e*,

f+*e*, minor eſt, quàm vt *a* ad *b*. Ergo inter *d*, *e* hyperlogarithmus ad hypologarithmum, minor eſt, quàm vt *a* ad *b*. Quod &c.

58. *b*. Et eſt hyperlogarithmus hypologarithmo maior: *b* autem, minor, quàm *a*.
8. 5. Ergo hyperlogarithmus ad hypologarithmum maior eſt, quàm vt *b* ad *a*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 59. Prop. 63.

SI fuerit prima ad ſecundam, minor, quàm vt tertia ad quartam; fuerit autem prima, quàm tertia, maior: erit & ſecunda, quàm quarta, maior.

Demonſtr.

8. 5. Nam ſi eſſet ſecunda æqualis quartæ: eſſet prima ad ſecundam, maior, quàm vt tertia ad quar-
8. 5. tam: contra hypotheſim. Quòd ſi ſecunda eſſet
8. 5. minor, quàm quarta: eſſet prima ad ſecundam, maior, quàm vt ad quartam: prima autem ad quar-
13. 5. tam, maior eſt quàm vt tertia ad quartam: eſſet ergo prima ad ſecundam, maior, quàm vt tertia ad quartam, contra hypotheſim. Eſt ergo ſecunda, quàm quarta maior. Quod &c. Quare &c.

Theor. 60. Prop. 64.

SI fuerit prima ad ſecundam, maior, quàm vt tertia ad quartam; fuerit autem prima, quàm tertia minor:

erit & ſecunda, quàm quarta, minor.

Demonſtr.

8. 5. Nam ſi eſſet ſecunda æqualis quartæ: eſſet prima ad ſecundam minor, quàm vt tertia ad quartam. contra hypotheſim. Quòd ſi ſecunda eſſet
8. 5. maior, quàm quarta: eſſet prima ad ſecundam,
8. 5. minor, quàm vt ad quartam: prima autẽ ad quar-
13. 5. tam, minor eſt, quàm vt tertia ad quartam: eſſet ergo prima ad ſecundam, minor, quàm vt tertia ad quartam. contra hypotheſim. Eſt ergo ſecunda, quàm quarta; minor.

Quare &c.

Theor. 61. Prop. 65.

EArumdem numeroſarum rationum vna tantùm quantitas eſt logarithmus.

Hypoth.

Sunto duæ quantitates inæquales *a*, *b*: & eſto *a*, logarithmus rationis *C*.

Dico *b* non eſſe logarithmum rationis *C*.

Præpar.

Sumãtur eiuſdem rationis *C*, hyperlogarithmus
62. *h*. *d*, & hypologarithmus *e*, propiores æqualitati, quàm vt *a* ad *b*.

Demonſtr.

57. *h*. *d*: maior quàm *e*.
Si *a*, maior eſt, quàm *b*.

d; *e*:

constr. | *d*; *e*: minor, quàm *a*; *b*.
def.24h | *d*: maior, quàm *a*.
63. h. | *e*: maior, quàm *b*.
def.24h | *b*, non est logarithmus rationis *C*. Quod &c.
| Si *a*, minor est, quàm *b*.
constr. | *e*; *d*: maior, quàm *a*; *b*.
def.24h | *e*: minor, quàm *a*.
64. h. | *d*: minor, quàm *b*.
def.24h | *b*, non est logarithmus rationis *C*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 62. Prop. 66.

DEterminatæ numerosæ rationis hypologarithmi ad vltimum terminum, & hyperlogarithmi ad primum, sunt rationes quasi infinitæ.

Demonstr.

59. h. | Possunt enim inueniri cuiusque determinatę rationis numerosæ termini in serie harmonica naturali ab vnitate, quorum ad vltimum, hypologari-
60. h. | thmus maior est, quàm in data quacunque ratione: item, quorum ad primum, hyperlogarithmus maior est, quàm in data quacunque ratione. Qua-
def.p. 3. | re hypologarithmi ad vltimum terminum, & hyperlogarithmi ad primum, ratio quasi est infinita.

Theor. 63. Propos. 67.

SI trium inæqualium quantitatum, maxima, & minima, fuerint propiores æqualitati, quàm data ratio inæqualitatis: etiam maxima, & media; media, & minima, erunt propiores æqualitati, quàm data eadem ratio.

Hypoth.

Sint inæquales quantitates *a*, *b*, *c*; maxima quidem *a*, minima *c*: & sit data ratio inæqualitatis *d* ad *e*; cuius maior terminus *d*, minor *e*: & sit *a* ad *c*, propior æqualitati, quàm *d* ad *e*.

Dico *a*; *b*, & *b*; *c*: propiores æqualitati, quàm *d*; *e*:

Demonstr.

hypoth.	*a*; *c*: propior æqualitati, quàm *d*; *e*.
def. 3.3.	*a*; *c*: minor, quàm *d*; *e*. & *c*; *a*: maior, quàm *e*; *d*.
8. 5.	*a*; *b*: minor, quàm *a*; *c*. & *b*; *a*: maior, quàm *c*; *a*.
13. 5.	*a*; *b*: minor, quàm *d*; *e*. & *b*; *a*: maior, quàm *e*; *d*.
def. 3.3.	*a*; *b*: propior æqualitati, quàm *d*; *e*. Quod &c.
8. 5.	*b*; *c*: minor, quàm *a*; *c*. & *c*; *b*: maior, quàm *c*; *a*.
13. 5.	*b*; *c*: minor, quàm *d*; *e*. & *c*; *b*: maior, quàm *e*; *d*.
def. 3.3.	*b*; *c*: propior æqualitati, quàm *d*; *e*. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 5. Prop. 68.

DAta qualibet ratione inæqualitatis, inuenire cuiusdam determinatæ rationis hyperlogarithmos, & hypologarithmos ad inuicem, & ad logarithmum propiores æqualitati, quàm in data ratione.

Hy-

Hypoth.

Sit data ratio inæqualitatis *a* ad *b*; cuius maior terminus *a*, minor *b*: & sit determinata quædam ratio *C*.

Oportet inuenire hyperlogarithmos, & hypologarithmos ad inuicem, & ad logarithmum rationis *C*, propiores æqualitati, quàm in ratione *a* ad *b*.

Constr.

62. *b.* | Inueniantur in serie harmonica naturali ab vnitate duo termini *d*, *e*, habentes eamdem rationem *C*; inter quos hyperlogarithmus *f*, ad hypologarithmum *g*, sit propior æqualitati, quàm in ratione *a* ad *b*. Sumanturque minores termini quàm *d*, *e*, eamdem habentes rationem *C*; inter quos esto hyperlogarithmus *h*; & esto hypologarithmus *i*: & eiusdem rationis *C*, esto logarithmus *k*.

Dico *f*, *g*, *h*, *i*, *k*, propiores esse æqualitati, quàm in ratione *a* ad *b*.

Demonstr.

54. *b.* | *f*: maior est, quàm *h*.
def. 24 *b* | *h*: maior, quàm *k*.
def. 24 *b* | *k*: maior, quàm *i*.
56. *b.* | *i*: maior, quàm *g*.
constr. | *f*; *g*: propior ęqualitati, quàm *a*; *b*.
67. *b.* | *f*, *h*, *k*, *i*, *g*, propiores æqualitati, quàm in ratione *a* ad *b*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 64. Prop. 69.

EIusdem rationis hyperlogarithmi, hypologarithmi, & logarithmus, quasi sunt æquales.

Demonstr.

68. *h.* Possunt enim inueniri eiusdem rationis hyperlogarithmi, & hypologarithmi, & ad inuicem, & ad logarithmum propiores æqualitati, quàm in data qualibet ratione inæqualitatis. Quare eius-
def.3.3. dem rationis hyperlogarithmi, hypologarithmi, & logarithmus, quasi sunt æquales.

Theor. 65. Prop. 70.

ÆQuealtarum numerosarum rationum, ęquales sunt logarithmi.

Demonstr.

65. *h.* Earumdem enim numerosarum rationum, vna tantùm quantitas, est logarithmus. Sed æquealtæ, sunt eædem inter se. nam si non essent eędem, cum vel vtraque sit maioris, vel vtraque minoris inęqualitatis; vtrarumque maioris, quę minor esset, vel vtrarumque minoris inæqualitatis, quæ maior esset, propior esset æqualitati: & non essent inter se æquealtæ; contra hypothesim. Ergo etiam æquealtarum rationum, vna tantùm quantitas est logarithmus.

Quare &c.

Theo-

Theor. 66. Prop. 71.

NVmerosarum rationum, altioris, maior est logarithmus, & depressioris, minor.

Hypoth.

Sunto numerosæ rationes, *A* altior, *B* depressior: & esto ipsius *A*, logarithmus *a*; & ipsius *B*, logarithmus *b*.

Dico *a*, maiorem esse, quàm *b*.

Præpar.

61. b. | Inueniatur *c*, hypologarithmus rationis *A*; & *d*, hyperlogarithmus rationis *B*; vt sit *c*, maior, quàm *d*.

Demonstr.

def. 24 h | *a*: maior, quàm *c*.
constr. | *c*: maior, quàm *d*.
def. 24 h | *d*: maior, quàm *b*.
| *a* maior, quàm *b*. Quod &c. Quare &c.

Theor. 67. Prop. 72.

MVltiplicatarum numerosarum rationum hyperlogarithmi sunt quasi æquemultiplices: item hypologarithmi, quasi æquemultiplices.

Hypoth.

Sunto rationes numerosæ *A*, *B*: & esto *A*, triplicata ipsius *B*.

Dico hyperlogarithmos *A*, hyperlogarithmorum *B*, quasi triplices esse. item hypologarithmos hypologarithmorum.

Demonstr.

53. h. Ex *B*, *B* rationibus deinceps, duplicatæ rationis hyperlogarithmus, eſt ex hyperlogarithmis vtrarumque *B*, *B* compoſitus. Et ex *B*, *B*, *B* rationibus deinceps, triplicatæ rationis *A*, hyperlogarithmus, eſt ex hyperlogarithmis trium *B*, *B*, *B* compoſitus. item hypologarithmus ex hypologarithmis. Sed rationum *B*, *B*, *B* deinceps, hyperlogarithmi, ſunt quaſi æquales: item hypologarithmi, quaſi æquales. Ergo componendo, rationis ex duabus *B*, *B*, duplicatæ hyperlogarithmus, ad hyperlogarithmum vnius *B*, quaſi eſt duplex: & iterum componendo, rationis *A*, ex tribus *B*, *B*, *B*, triplicatæ hyperlogarithmus ad hyperlogarithmum vnius *B*, quaſi eſt triplex. item hypologarithmus ad hypologarithmum, quaſi eſt triplex. Quod &c.

69. h.

15. 3.

23. 3.

Quare &c.

Theor. 68. Prop. 73.

MVltiplicatarum numeroſarum rationum, ſunt æquemultiplices logarithmi.

Hypoth.

Sunto rationes *A*, *B*, numeroſæ: & eſto *A*, multiplicata ipſius *B*.

Dico logarithmum *A*, logarithmi *B*, totuplicem eſſe, quotuplicata eſt *A* ad *B*.

 De-

Demonstr.

69. b. Hyperlogarithmi, hypologarithmi, & logarithmus *A*, sunt quasi æquales: item hyperlogarithmi, hypologarithmi, & logarithmus *B*, sunt quasi æquales.
72. b. Sed hyperlogarithmi *A*, ad hyperlogarithmos *B*; & hypologarithmi, ad hypologarithmos, sunt quasi totuplices, quotuplicata est
31. 3. *A* ad *B*. Ergo hyperlogarithmi *A*, ad logari-
65. b. thmum *B*, sunt quasi totuplices. Sunt autem loga-
33. 3. rithmi *A*, & *B*, quantitates determinatæ. Ergo logarithmus *A*, ad logarithmum *B*, totuplex est, quotuplicata est *A* ad *B*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 69. *Prop.* 74.

Rationes numerosę logarithmicam inter se rationem habentes, logarithmicè sunt proportionales, vt earum logarithmi.

Hypoth.

Sunto numerosæ rationes *A*, *B*, logarithmicam inuicem rationem habentes: & esto rationis *A*, logarithmus *a*; & rationis *B*, logarithmus *b*.

Dico *A* ad *B*, esse logarithmicè, sicut *a* ad *b*.

Præpar.

Rationis *A*, & quantitatis *a*, sumantur multiplicata ratio 3*A*, & æquemultiplex quantitas 3*a*: item rationis *B*, & quantitatis *b*, multiplicata 4*B*, & æquemultiplex 4*b*.

Demonstr.

hypoth.	Rationis *A*, logarithmus est *a*.
73. *b.*	Rationis 3*A*, logarithmus est 3*a*.
hypoth.	Rationis *B*, logarithmus est *b*.
73. *b.*	Rationis 4*B*, logarithmus est 4*b*.
71. *b.*	Si 3*A*, est altior, quàm 4*B*; etiam 3*a*, est maior,
70. *b.*	quàm 4*b*: si depressior; minor: si æquealta; æqualis.
def. 8. 4.	*A* ad *B*, est logarithmicè, sicut *a* ad *b*. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 6. Prop. 75.

DAta ratione, numerosam depressior inuenire.

Hypoth.

Esto data ratio *a* ad *b*: cuius maior terminus *a*, minor *b*.

Oportet numerosam inuenire depressiorem, quàm *a* ad *b*.

Constr.

Esto *c*, excessus *a*---*b*: & multiplicetur *c*, donec fiat maior, quàm *b*: & sit multiplicationis numerus *d*: cui addita vnitas faciat *e*.

Dico *e* ad *d*, depressiorem esse, quàm *a* ad *b*.

Demonstr.

Quoniam *cd*, maior est quàm *b*: ergo *cd*+*c*, maior est, quàm *b*+*c*; idest, maior, quàm *a*: & *cd*+*c* ad *c*, maior est, quàm *a* ad *c*; ergo per conuersionem rationis *cd*

+*c*

$+c$ ad cd, minor est, quàm a ad b. Sed $cd+c$ ad cd, est vt $d+u$ ad d: & e est $d+u$: ergo e ad d minor est, quàm a ad b: & est e maior, quàm d: ergo e ad d, est depressior, quàm a ad b. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 7. Prop. 76.

DAtis duabus rationibus non æquealtis, logarithmicam rationem habentibus: inuenire numerosam rationem, depressiorem altiore datarum, & altiorem depressiore.

Hypoth.

a	*g*	*e*	*h*	*b*
	c	*f*	*d*	
l		*i*	*k*	

Sunto rationes datæ maioris inæqualitatis, a ad b altior, & c ad d depressior.

Oportet rationem numerosam inuenire, depressiorem, quàm a ad b, & altiorem, quàm c ad d.

Constr.

Sumatur inter a, b, media proportionalis e: & inter c, d, media f. Et vt f ad c, ita fiat e ad g: & vt f ad d, ita e ad h: & erit ex æquali g ad h, vt c ad d: eritque g, maior, quàm h: & erunt g, e, h, tres continuè proportionales: eritque g maior, quàm e; & e, maior, quàm h.

Et quoniam sicut a ad b, duplicata est rationum a ad e, & e ad b; sic g ad h, duplicata est rationum g ad e, &

a	*g*	*e*	*h*	*b*
	c	*f*	*d*	
l		*i*	*k*	

18. 4. *e* ad *h*: permutando erit ſicut *a* ad *b*, altior, quàm *g* ad *h*; ſic *a* ad *e*, & *e* ad *b*, altior, quàm *g* ad *e*, & *e* ad *h*: ſuntque rationes maioris inæqualitatis: ergo *a* ad *e*, maior eſt, quàm *g* ad *e*: & *a*, maior, quàm *g*. item *e* ad *b*, maior eſt, quàm *e* ad *h*: & *h*, maior, quàm *b*.

Duarum quantitatum *h*---*b*, vel *b*, ſumatur vna non maior, quàm altera: quæ ſit *h*---*b*: cuius æqualiter diuiſæ ſecundum quemlibet numerum particula ſit *i*. & multiplicetur *i*, donec fiat primò maior, quàm *b*: & eſto multiplicationis numerus *k*. Deinde multiplicetur *i*, donec fiat primò maior, quàm *g*: & ſit multiplicationis numerus *l*.

Dico *l* ad *k*, depreſſiorem eſſe, quàm *a* ad *b*: altiorem, quàm *c* ad *d*.

Demonſtr.

Maior eſt *h*---*b*, quàm *i*: ſed *Ki*---*b* non maior: ergo *h*---*b*, maior eſt, quàm *Ki*---*b*: & *h*, maior, quàm *Ki*: & eſt *Ki* maior, quàm *b*. Deinde *a* ad *e*, eſt vt *e* ad *b*: & *e* ad *g*, eſt vt *h* ad *e*: ergo ex æquali in perturbata, *a* ad *g*, eſt vt *h* ad *b*. & permutando *a* ad *h*, vt *g* ad *b*: & *a*---*g* ad *h*---*b* vt *a* ad *g*: ſed *a* maior eſt, quàm *g*: ergo *a*---*g*, maior eſt, quàm *h*---*b*: ſed *h*---*b*, maior eſt, quàm *i*: ergo *a*---*g*, maior eſt, quàm *i*. ſed *li*---*g*, non maior eſt, quàm *i*. ergo *a*---*g*, maior eſt, quàm *li*---*g*: ergo *a* maior

ior est, quàm *li*. Ergo *li* ad *ki*, vel *l* ad *k* minor est, quàm *a* ad *b*: & sunt maioris inæqualitatis: ergo *l* ad *K* depressior est, quàm *a* ad *b*. Quod &c. Rursum *li* maior est, quàm *g*: & *h* maior est quàm *Ki*. Ergo *li* ad *Ki*, vel *l* ad *K*, maior est, quàm *g* ad *h*, vel quàm *c* ad *d*: & sunt maioris inæqualitatis rationes: ergo *l* ad *K*, altior est, quàm *c* ad *d*. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 8. Prop. 77.

DAta qualibet non numerosa ratione, dataque altera qualibet ratione inæqualitatis: duas numerosas rationes inuenire altiorem & depressiorem, quàm data non numerosa; logarithmicè proportionales, vt numerus ad numerum; propiores æqualitati logarithmicæ, quàm sit data altera ratio.

Hypoth.

Sit data quælibet ratio non numerosa; cuius maior terminus *a*, minor *b*: & sit data altera ratio inæqualitatis; cuius maior terminis *c*, minor *d*.

Oportet inuenire duas rationes numerosas, altiorem, quàm *a* ad *b*, & depressiorem, quàm *a* ad *b*; logarithmicè proportionales, vt numerus ad numerum: sed vt altior ad depressiorem logarithmicè sit minor, quàm vt *c* ad *d*.

Constr.

75. *b.* | Inueniatur ratio numerosa *e* ad *f*, depressior, quàm *c* ad *d*. sumaturque numerus *g*, pariter par,

ma-

53. 3. maior quàm *e*: & quotus eſt *g*, ſubtotuplicatæ, rationis *a* ad *b*, ratio inueniatur *h* ad *i*: & inueniatur numeroſa ratio *K* ad *l*, depreſſior, quàm *h* ad *i*: & rationis *K* ad *l*, ſumantur duplicata, triplicata, & deinceps reliquæ multiplicatæ, donec fiat ratio *M*, primò altior, quàm *a* ad *b*: & ſit multiplicationis numeris *m*: qui vnitate multatus, relinquatur *n*: & quotus eſt *n*, totuplicata, rationis *K* ad *l*, fiat ratio *N*.

Dico rationem *N* depreſſiorem eſſe, quàm *a* ad *b*: & *M* ad *N* logarithmicè minorem eſſe, quàm vt *c* ad *d*.

Demonſtr.

Si enim ratio *N*, non eſſet depreſſior, quàm *a* ad *b*: eſſet vel æquealta, vel altior. Sed non eſt altior alioquin *M*, non eſſet primò altior, quàm *a* ad *b*. neque eſt ęquealta, alioquin eſſet eadem, atque *a* ad *b*: & eſſet etiam *a* ad *b* ratio numeroſa, contra hypotheſim. Ergo ratio *N*, eſt depreſſior, quàm *a* ad *b*.

Deinde quoniam *K* ad *l*, eſt depreſſior, quàm *h* ad *i*: & *h* ad *i*, totuplicata quotus eſt *g*, eſt *a*
19. 4. ad *b*: ergo *K* ad *l*, totuplicata quotus eſt *g*, eſt depreſſior, quàm *a* ad *b*. ſed *K* ad *l*, totuplicata
5. 3. & def. p. 4. quotus eſt *m*, eſt altior, quàm *a* ad *b*. Ergo numerus *m*, maior eſt, quàm *g*: ſed *g*, eſt maior, quàm *e*: ergo *m*, multò eſt maior, quàm *e*: & eſt *m* ad vnitatem, maior, quàm *e* ad eamdem vnitatem: & per conuerſionem rationis, *m* ad *n*, minor

constr. nor est, quàm *e* ad *f*. Sed vt *m* ad *n*, ita logari-
17. 4. thmicè est ratio *M* ad rationem *N*. ergo ratio *M* ad rationem *N*, minor est logarithmicè, quàm vt *e* ad *f*: & multò minor, quàm vt *c* ad *d*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 70. Prop. 78.

NOn numerosæ rationis vna tantùm quantitas est logarithmus.

Hypoth. p.

Esto ratio *a* ad *b* non numerosa: sintque duæ quantitates inæquales, *c* maior, *d* minor: quarum vna *c*, esto logarithmus rationis *a* ad *b*.

Dico *d*, non esse logarithmum rationis *a* ad *b*.

Præpar.

77. *b.* Inueniantur duæ rationes numerosæ, *E* altior, quàm *a* ad *b*, & *F* depressior: vt sit *E* ad *F*, logarithmicè sicut numerus ad numerum, & minor, quàm vt *c* ad *d*. & assignentur ipsarum *E*, *F* rationum, logarithmi *e*, *f*.

Demonstr.

præpar. *E*; *F*: logarithmicè minor, quàm *c*; *d*.
74. *b.* *E*; *F*: *e*; *f*.
17. 4. *e*; *f*: minor, quàm *c*; *d*.
def. 34b *e*: maior, quàm *c*.
63. *b.* *f*: maior, quàm *d*.
def. 34b *d*, non est logarithmus rationis *a* ad *b*. Quod &c.

Hypoth. 2.

Esto *d*, logarithmus rationis *a* ad *b*.

Dico *c*, non esse logarithmum rationis *a* ad *b*.

Demonstr.

sup. | *e*; *f*: minor, quàm *c*; *d*.
2. 3. | *f*; *e*: maior, quàm *d*; *c*.
def 34b | *f*: minor, quàm *d*.
64. *b*. | *e*: minor, quàm *c*.
def 34b | *c*, non est logarithmus rationis *a* ad *b*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 71. Prop. 79.

NOn numerosarum rationum, altioris maior est logarithmus, & depressioris minor.

Hypoth.

Sunto non numerosæ rationes, *A* altior, *B* depressior: & esto ipsius *A*, logarithmus *a*; & ipsius *B*, logarithmus *b*.

Dico *a*, maiorem esse, quàm *b*.

Præpar.

76. *b*. | Inter *A*, *B* rationes, inueniatur numerosa ratio *C*, depressior, quàm *A*, altior quàm *B*: cuius logarithmus esto *c*.

Demonstr.

def. 34b | *a*: maior est, quàm *c*.
def. 34b | *c*: maior, quàm *b*.
| *a*: maior, quàm *b*. Quod &c. Quare &c.

Theo-

Theor. 72. *Prop.* 80.

MVltiplicatarum rationum, ſunt æquemultiplices logarithmi.

Hypoth.

Eſto ratio *A* rationis *B* triplicata: & eſto rationis *A*, logarithmus *a*; & rationis *B*, logarithmus *b*.

Dico *a* ad *b* triplicem eſſe.

Hypotheſis contradictoria in primo caſu.

c *d*

E *A* *F* *G* *B* *H*

e *a* *f* *g* *b* *h*

Eſto ſi fieri poteſt *a* maior, quàm triplex ad *b*.

Præpar.

76. *b.* Inter rationem *a* ad *b* altiorem, & rationem triplicem depreſſiorem, ratio numeroſa ſumatur *c* ad
77. *b.* *d*, depreſſior, quàm *a* ad *b*, altior, quàm triplex, & vt *a*, ſit maior, quàm *c*; & *d*, maior, quàm *b*. Et inueniantur duæ numeroſæ rationes, *E* altior quàm *A*, & *F* depreſſior: vt ſit *E* ad *F* logarithmicè ſicut numerus ad numerũ, & minor, quàm
77. *b.* vt *a* ad *c*. Item inueniantur duę numeroſæ rationes, *G* altior quàm *B*, & *H* depreſſior; vt ſit *G* ad *H* logarithmicè ſicut numerus ad numerum, & minor quàm vt *d* ad *b*. Sint autem rationum *E*, *F*, *G*, *H*, logarithmi *e*, *f*, *g*, *h*.

c d
E A F G B H
e a f g l h

Demonstr.

præpar.	*A*: altior, quàm *F*.
14. 4.	*A*; *B*: logarithmicè maior, quàm *F*; *B*.
præpar.	*G*: altior, quàm *B*.
14. 4.	*F*; *B*: logarithmicè maior, quàm *F*; *G*.
17. 4.	*A*; *B*: logarithmicè maior, quàm *F*; *G*.
hypoth.	*A*; *B*: triplicata.
17. 4.	*F*; *G*: depressior, quàm triplicata.
74. *b*.	*F*; *G*: logarithmicè *f*; *g*.
17. 4.	*f*; *g*: minor, quàm triplex.
præpar.	*E*; *F*: logarithmicè minor, quàm *a*; *c*.
74. *b*.	*E*; *F*: logarithmicè *e*; *f*.
17. 4.	*e*; *f*: minor, quàm *a*; *c*.
def.34*b*	*e*: maior, quàm *a*.
63. *b*.	*f*: maior, quàm *c*.
præpar.	*G*; *H*: logarithmicè minor, quàm *d*; *b*.
74. *b*.	*g*; *h*: logarithmicè *G*; *H*.
17. 4	*g*; *h*: minor, quàm *d*; *b*.
2. 3.	*h*; *g*: maior, quàm *b*; *d*.
def.32*b*	*h*: minor, quàm *b*.
64. *b*.	*g*: minor, quàm *d*.
67. *b*.	*f*; *g*: maior, quàm *c*; *d*.
præpar.	*c*; *d*: maior, quàm triplex.

f; *g*:

13. 5. | *f*; *g*: maior, quàm triplex. } quæ sunt contradi-
sup. | *f*; *g*: minor, quàm triplex. } ctoria.

Ergo *a* ad *b*, non est maior, quàm triplex.

Hypoth. contrad. in secundo casu.

c *d*

E *A* *F* *G* *B* *H*

e *a* *f* *g* *b* *h*

Esto si fieri potest *a* minor, quàm triplex ad *b*.

Præpar.

76. *b.* | Inter rationem *a* ad *b* depressiorem, & rationem triplicem altiorem ratio numerosa sumatur *c* ad *d*, depressior, quàm triplex; altior, quàm *a* ad *b*: & vt *c* sit maior quàm *a*: & *b* maior, quàm *d*.
77. *b.* | Et inueniantur duæ numerosæ rationes, *E* altior quàm *A*, & *F* depressior; vt sit *E* ad *F* logarithmicè, sicut numerus ad numerum, & minor,
77. *b.* | quàm vt *c* ad *a*. Item inueniantur duæ numerosæ rationes; *G* altior, quàm *B*; & *H*, depressior; vt sit *G* ad *H*, logarithmicè sicut numerus ad numerum, & minor, quàm vt *b* ad *d*. Sint autem rationum *E*, *F*, *G*, *H*, logarithmi *e*, *f*, *g*, *h*.

Demonstr.

præpar. | *E*: altior, quàm *A*.
14. 4. | *E*; *H*: logarithmicè maior, quàm *A*; *H*.
præpar. | *B*: altior, quàm *H*.
14. 4. | *A*; *H*: logarithmicè maior, quàm *A*; *B*.
17. 4. | *E*; *H*: logarithmicè maior, quàm *A*; *B*.

A; *B*:

c *d*

E A F G B H

e a f g b h

hypoth.	*A*; *B*: triplicata.
17. 4.	*E*; *H*: maior, quàm triplicata.
74. *h.*	*e*; *h*: logarithmicè vt *E*; *H*.
17. 4.	*e*; *h*: maior, quàm triplex.
præpar.	*E*; *F*: minor, quàm *c*; *a*.
74. *h.*	*E*; *F*: logarithmicè vt *e*; *f*.
17. 4.	*e*; *f*: minor, quàm *c*; *a*.
2. 3.	*f*; *e*: maior, quàm *a*; *c*.
def.34h	*f*: minor, quàm *a*.
64. *h.*	*e*: minor, quàm *c*.
præpar.	*G*; *H*: logarithmicè minor, quàm *b*; *d*.
74. *h.*	*g*; *h*: logarithmicè, vt *G*; *H*.
17. 4.	*g*; *h*: minor, quàm *b*; *d*.
def.32h	*g*: maior, quàm *b*.
63. *h.*	*h*: maior, quàm *d*.
67. *h.*	*e*; *h*: minor, quàm *c*; *d*.
præpar.	*c*; *d*: minor, quàm triplex.
13. 5.	*e*; *h*: minor, quàm triplex. } quæ ſunt contradi-
ſnp.	*e*; *h*: maior, quàm triplex. } ctoria.

Ergo *a* ad *b*, non eſt minor, quàm triplex.
Ergo *a* ad *b* eſt triplex. Quod &c.
Quare &c.

Theo-

Theor. 73. *Prop.* 81.

OMnifariam rationes, logarithmicam inter se rationem habentes, logarithmicè sunt proportionales, vt earum logarithmi. *Hypoth.*

Dico *A* ad *B*, esse logarithmicè, sicut *a* ad *b*.

Sunto rationes *A*, *B*, logarithmicam inuicem rationem habentes: & esto rationis *A*, logarithmus *a*; & rationis *B*, logarithmus *b*.

Præpar.

Rationis *A*, & quantitatis *a*, sumantur multiplicata ratio 3*A*, & æquemultiplex quantitas 3*a*: item rationis *B*, & quantitatis *b*, multiplicata 4*B*, & æquemultiplex 4*b*.

Demonstr.

hypoth.	Rationis *A*, logarithmus est *a*.
80. *h.*	Rationis 3*A*, logarithmus est 3*a*.
hypoth.	Rationis *B*, logarithmus est *b*.
80. *h.*	Rationis 4*B*, logarithmus est 4*b*.
def. 34*h* / 79. *h.*	Si 3*A*, est altior, quàm 4*B*; etiam 3*a*, est maior, quàm 4*b*: si depressior; minor: si æquealta; æqualis.
def. 8.4.	*A* ad *B*, est logarithmicè, sicut *a* ad *b*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 74. *Prop.* 82.

DVarum quarumlibet numerosarum rationum, hyperlogarithmus vnius ad hypologarithmum alterius, maior est, quàm vt logarithmus ad logarithmum.

De-

Demonstr.

def.24h Est enim hyperlogarithmus vnius, eiusdem logarithmo maior: & est hypologarithmus alterius,
8. 5. minor eiusdem logarithmo. Ergo hyperlogarithmus ad logarithmum vnius, maior est, quàm vt
p. 3. hypologarithmus ad logarithmum alterius. Quare permutando, vnius hyperlogarithmus ad hypologarithmum alterius, maior est, quàm vt logarithmus ad logarithmum.

Probl. 9. Prop. 83.

DVarum datarum non æquealtarum numerosarum rationum, datis terminis altioris: inuenire terminos depressioris, inter quos ad hyperlogarithmum, maior sit hyperlogarithmus altioris, quàm vt logarithmus ad logarithmum.

Hypoth.

Sint datæ duæ non æquealtæ numerosæ rationes, *A* altior, *B* depressior: sintque rationis *A*, dati termini *c*, *d*.

Oportet rationis *B* terminos inuenire, inter quos ad hyperlogarithmum, maior est hyperlogarithmus inter *c*, *d*; quàm vt logarithmus *A* ad logarithmum *B*.

Constr.

Sumatur inter *c*, *d*, hyperlogarithmus *e*: & inter alios quoslibet eiusdem rationis *A* terminos
54. h. minores, quàm *c*, *d*, sumatur alius minor hyper-
62. h. logarithmus *f*: & inueniantur termini *g*, *h*, in ratione

tione *B*, inter quos hyperlogarithmus *i*, ad hypologarithmum *K*, propior ſit æqualitati, quàm vt *e* ad *f*.

Dico *e* ad *i* maiorem eſſe, quàm vt logarithmus rationis *A*, ad logarithmum rationis *B*.

Præpar.

Eſto *a*, logarithmus rationis *A*: & *b*, logarithmus rationis *B*.

Demonſtr.

def.24b	*f*: maior eſt, quàm *a*.
8. 5.	*e*; *a*: maior, quàm *e*; *f*.
conſtr.	*e*; *f*: maior, quàm *i*; *k*.
def.24b.	*b*: maior, quàm *k*.
8. 5.	*i*; *k*: maior, quàm *i*; *b*.
13. 5.	*e*; *a*: maior, quàm *i*; *b*.
p. 3.	*e*; *i*: maior, quàm *a*; *b*. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 10. *Prop.* 84.

DVarum datarum non ęquealtarum numeroſarum rationum, datis terminis depreſſioris: inuenire terminos altioris, inter quos hyperlogarithmus, ad hyperlogarithmum depreſſioris, minor ſit, quàm vt logarithmus ad logarithmum.

Hypoth.

Sint datæ duæ non æquealtæ numeroſæ rationes, *A* altior, *B* depreſſior: ſintque rationis *B* dati termini *c*, *d*.

Oportet rationis *A* terminos inuenire, inter quos hy-

perlogarithmus, ad hyperlogarithmum inter *c*, *d* minor est, quàm vt logarithmus *A* ad logarithmum *B*.

Constr.

Sumatur inter *c*, *d*, hyperlogarithmus *e*: & inter alios quoslibet minores terminos, quàm *c*, *d*,
54. *h*. sumatur eiusdem rationis *B* alius minor hyper-
62. *h*. logarithmus *f*: rationis autem *A*, inueniantur termini, *g*, *h*, inter quos hyperlogarithmus *i*, ad hypologarithmum *k*, minor sit, quàm vt *e* ad *f*.

Dico *i* ad *e*, minorem esse, quàm vt logarithmus *A* ad logarithmum *B*.

Præpar.

Esto *a*, logarithmus rationis *A*: & *b*, logarithmus rationis *B*.

Demonstr.

def. 24 *h* *a*: maior est, quàm *K*.
8. 5. *i*; *a*: minor, quàm *i*; *K*.
constr. *i*; *K*: minor, quàm *e*; *f*.
def. 24 *h* *b*: minor, quàm *f*.
8. 5. *e*; *f*: minor, quàm *e*; *b*.
13. 5. *i*; *a*: minor, quàm *e*; *b*.
p. 3. *i*; *e*: minor, quàm *a*; *b*. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 11. *Prop.* 85.

DVarum datarum non æquealtarum numerosarum rationum, datis terminis altioris: inuenire terminos

nos depreſſioris, inter quos ad hypologarithmum minor ſit hypologarithmus altioris, quàm vt logarithmus ad logarithmum.

Hypoth.

Sint datæ duæ non æquealtæ rationes numeroſæ, *A* altior, *B* depreſſior: ſintque rationis *A* dati termini *c*, *d*.

Oportet rationis *B* terminos inuenire, inter quos ad hypologarithmum minor ſit hypologarithmus inter *c*, *d*, quàm vt logarithmus *A* ad logarithmum *B*.

Conſtr.

Sumatur inter *c*, *d*, hypologarithmus *e*: & inter alios terminos eiuſdem rationis *A*, minores
56. *h.* quàm *c*, *d*, ſumatur alius maior hypologarithmus
62. *h.* *f*: & inueniantur in ratione *B*, termini *g*, *h*; inter quos hypologarithmus *i* ad hyperlogarithmum *k* maior ſit, quàm vt *e* ad *f*.

Dico *e* ad *i*, minorem eſſe, quàm vt logarithmus *A* ad logarithmum *B*.

Præpar.

Eſto *a*, logarithmus rationis *A*: & *b*, logarithmus rationis *B*.

Demonſtr.

conſtr. | *e*; *f*: minor, quàm *i*; *K*.
p. 3. | *e*; *i*: minor, quàm *f*; *K*.
*def.*24*h* | *K*: maior, quàm *b*.
8. 5. | *f*; *K*: minor, quàm *f*; *b*.
*def.*24*h* | *a*: maior, quàm *f*.

8.5. | *f*; *b*: minor, quàm *a*; *b*.
13.5. | *e*; *i*: minor, quàm *a*; *b*. Quod &c.
Quare &c.

Probl. 12. *Prop.* 86.

DVarum datarum non æquealtarum numeroſarum rationum, datis terminis depreſſioris: inuenire terminos altioris, inter quos hypologarithmus ad hypologarithmum depreſſioris, maior ſit, quàm vt logarithmus ad logarithmum.

Hypoth.

Sint datæ duæ non æqualtæ numeroſæ rationes, *A* altior, *B* depreſſior: ſintque rationis *B* dati termini *c*, *d*.

Oportet rationis *A* terminos inuenire, inter quos hypologarithmus ad hypologarithmum inter *c*, *d*, maior eſt, quàm vt logarithmus *A* ad logarithmum *B*.

Conſtr.

Sumatur inter *c*, *d*, hyploogarithmus *e*: & inter alios minores terminos, eiuſdem rationis *B*,
56. *h*. ſumatur alius maior hypologarithmus *f*: & ratio-
62. *h*. nis *A*, inueniantur termini *g*, *h*, quos inter hypologarithmus *i* ad hyperlogarithmum *K* maior ſit, quàm vt *e* ad *f*.

Dico *i* ad *e*, maiorem eſſe, quàm vt logarithmus *A* ad logarithmum *B*.

Præpar.

Eſto rationis *A*, logarithmus *a*: & rationis *B* logarithmus *b*.

De-

Demonstr.

constr. | *i*; *K*: maior eſt, quàm *e*; *f*.
p. 3. | *i*; *e*: maior, quàm *K*; *f*.
*def.*24*h* | *b*: maior, quàm *f*.
8. 5. | *K*; *f*: maior, quàm *K*; *b*.
*def.*24*h* | *K*: maior, quàm *a*.
8. 5. | *K*; *b*: maior, quàm *a*; *b*.
13. 5. | *i*; *e*: maior, quàm *a*; *b*. Quod &c.
Quare &c.

Theor. 75. *Prop.* 87.

ARithmeticè diſpoſitorum terminorum ratio, quàm habent bini minores ad inuicem, altior eſt ratione, quàm habent bini maiores.

Hypoth.

| Sint arithmeticè diſpoſitę quantitates *a*, *b*, *c*, *d*:
4. *h.* | & ſit *a* minor, quàm *c*. vnde quoniam permutan-
*def.*5.*h.* | do *a*, *c*, *b*, *d*, ſunt arithmeticè diſpoſitæ, etiam
| *b* eſt minor, quàm *d*.

Dico rationes terminorum *a*, *b* ad inuicem, altiores eſſe rationibus *c*, *d* ad inuicem.

Præpar.

Quoniam *a*, *b* ſunt inæquales; eſto *a* minor, quàm *b*: & ſit defectus *e*.

Demonſtr.

ſup. | *b*: minor, quàm *d*.
8. 5. | *b*; *e*: minor, quàm *d*; *e*.

b; *a*:

3. 3.	*b*; *a*: maior, quàm *d*; *c*.
hypoth.	*b*: maior, quàm *a*. & *d*: maior, quàm *c*.
def.p. 4.	*b*; *a*: altior, quàm *d*; *c*. Quod &c.
2. 3.	*a*; *b*: minor, quàm *c*; *d*.
hypoth.	*a*: minor, quàm *b*. & *c*: minor, quàm *d*.
*def.p.*4.	*a*; *b*: altior, quàm *c*; *d*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 76. *Prop.* 88.

HArmonicè dispositum terminorum ratio, quàm habent bini maiores ad inuicem, altior est ratione, quàm habent bini minores.

Hypoth.

	Sint harmonicè dispositæ quantitates *a*, *b*, *c*, *d*:
34. *h.*	& sit *a* maior, quàm *c*. vnde quoniam permutando
*def.*13*h*	*a*, *c*, *b*, *d*, sunt harmonicè dispositæ, etiam *b*, est maior, quàm *d*.

Dico rationes terminorum *a*, *b* ad inuicem, altiores esse rationibus *c*, *d* ad inuicem.

Præpar.

Sumatur vna quælibet quantitas *e*: & fiat

a; *e*: *e*; *f*.
b; *e*: *e*; *g*.
c; *e*: *e*; *h*.
d; *e*: *e*; *i*.

De-

Demonstr.

33. *h.*	*f*, *g*, *g*, *i* sunt arithmeticè ordinatę.
constr.	*c*; *e*: *e*; *h*. *e*; *a*: *f*; *e*.
p. p.	*c*; *a*: *f*; *h*.
	c: minor, quàm *a*. & *f*: minor, quàm *h*.
def. 5.*h.*	*g*: minor, quàm *i*.
87. *h.*	*f*; *g*: altior, quàm *h*; *i*. & *g*; *f*: altior, quàm *i*; *h*.
sup.	*f*; *g*: *b*; *a*. & *g*; *f*: *a*; *b*.
sup.	*h*; *i*: *d*; *c*. & *i*; *h*: *c*; *d*.
	b; *a*: altior, quàm *d*; *c*. & *a*; *b*: altior, quàm *c*; *d*. Quod &c. Quare &c.

Theor. 77. *Prop.* 89.

SI fuerint quotcunque magnitudines, & aliæ ipsis æquales numero; sitque maior proportio primæ priorum, ad primam posteriorum, quàm secundę, ad secundam; & hæc maior, quàm tertiæ, ad tertiam: & sic deinceps: habebunt omnes priores simul, ad omnes posteriores simul, maiorem rationem, quàm omnes priores, relicta prima, ad omnes posteriores, relicta quoque prima: & multò maiorem, quàm omnes priores, relictis duabus primis, ad omnes posteriores, relictis duabus primis: & sic deinceps etiam maiorem, quàm vltima, ad vltimam: sed minorem, quàm omnes priores, relicta vltima, ad omnes posteriores, relicta etiam vltima: & multò minorem, quàm omnes priores, relictis duabus vltimis, ad omnes posteriores, relictis pariter duabus vltimis: & sic deinceps etiam minorem, quàm prima, ad primam.

Hy-

Hypoth.

a	*e*
b	*f*
c	*g*
d	*h*

a; *e*: maior, quàm *b*; *f*.
b; *f*: maior, quàm *c*; *g*.
c; *g*: maior, quàm *d*; *h*.

Dico $a+b+c+d$; $e+f+g+h$: maiorem esse, quàm $b+c+d$; $f+g+h$.

Et $b+c+d$; $f+g+h$: maiorem, quàm $c+d$; $g+h$.

Et $c+d$; $g+h$: maiorem, quàm *d*; *h*.

Dico etiam $a+b+c+d$; $e+f+g+h$: minorem esse, quàm $a+b+c$; $e+f+g$.

Et $a+b+c$; $e+f+g$: minorem, quàm $a+b$, $e+f$.

Et $a+b$; $e+f$: minorem, quàm *a*; *e*.

Demonstr.

hypoth.	*c*; *g*: maior, quàm *d*; *h*.
p. 3.	*c*; *d*: maior, quàm *g*; *h*.
p. 3.	$c+d$; *d*: maior, quàm $g+h$; *h*.
p. 3.	$c+d$: $g+h$: maior, quàm *d*; *h*. Quod &c.
3. 3.	$c+d$; *c*: minor, quàm $g+h$; *g*.
2. 3.	*c*; $c+d$: maior, quàm *g*; $g+h$.
p. 3.	*c*; *g*: maior, quàm $c+d$; $g+h$.
hypoth.	*b*; *f*: maior, quàm *c*; *g*.
13. 5.	*b*; *f*: maior, quàm $c+d$; $g+h$.
p. 3.	*b*; $c+d$: maior, quàm *f*; $g+h$.

$b+c$

p. 3.	$b+c+d$; $c+d$: maior, quàm $f+g+h$; $g+h$.
p. 3.	$b+c+d$; $f+g+h$: maior, quàm $c+d$; $g+h$. Quod &c.
sup.	$a+b+c+d$; $e+f+g+h$: maior, quàm $b+c+d$; $f+g+h$. Quod &c.
hypoth.	a; e: maior, quàm b; f.
p. 3.	a; b: maior, quàm e; f.
p. 3.	$a+b$; b: maior, quàm $e+f$; f.
3. 3.	$a+b$; a: minor, quàm $e+f$; e.
p. 3.	$a+b$; $e+f$: minor, quàm a; e. Quod &c.
sup.	$a+b$; b: maior, quàm $e+f$; f.
p. 3.	$a+b$; $e+f$: maior, quàm b; f.
hypoth.	b; f: maior, quàm c; g.
13. 5.	$a+b$; $e+f$: maior, quàm c; g.
p. 3.	$a+b$; c: maior, quàm $e+f$; g.
p. 3.	$a+b+c$; c: maior, quàm $e+f+g$; g.
3. 3.	$a+b+c$; $a+b$: minor, quàm $e+f+g$; $e+f$.
p. 3.	$a+b+c$; $e+f+g$: minor, quàm $a+b$; $e+f$. Quod &c.
sup.	$a+b+c+d$; $e+f+g+h$: minor, quàm $a+b+c$; $e+f+g$. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 78. *Prop.* 90.

E Serie harmonica naturali ab vnitate, terminorum harmonicè dispositorum, altioris rationis maior terminus, ad maiorem depressioris, maior est, quàm vt hyperlogarithmus, ad hyperlogarithmum: & hyperlogari-

thmus, ad hyperlogarithmum, maior, quàm vt hypologarithmus, ad hypologarithmum: & hypologarithmus, ad hypologarithmum maior, quàm vt minor terminus, ad minorem.

Hypoth.

Sint è ſerie harmonica naturali ab vnitate, termini harmonicè diſpoſiti *a*, *b*, *c*, *d*, quorum altior ſit ratio *a* ad *b*, quàm *c* ad *d*. Sitque *a*, maior, quàm *b*: ideoque & *c*, maior, quàm *d*.

def.13h Quoniam *a* ad *b*, altior eſt, quàm *c* ad *d*: oportet *a*, maiorem eſſe, quàm *c*; & *b*, quàm *d*. alioquin permutando, diſpoſitorum harmonicè *a*, *c*,

34. h.

def.13.h *b*, *d*, eſſet *c* maior, quàm *a*; ideoque & *d* maior,

88. h. quàm *b*; & *c* ad *d*, altior ratio, quàm *a* ad *b*, *contra hypoth.*

Deinde quoniam *a*, *b*, *c*, *d*, ſunt in ſerie harmonica naturali ab vnitate, harmonicè diſpoſiti;

27. h. ſunt denominati à numeris arithmeticè diſpoſitis:

26. h. quorum denominator *a*, reciprocè minor eſt de-

24. h. nominatore *b*, necnon reciprocè minor denomi-

def.5.h. natore *c*. & quot ſunt numeri omnes medij inter denominatores *a*, *b*; totidem ſunt inter denomi-

27. h. natores *c*, *d*: totidemque in ſerie harmonica ſunt inter *a*, *b*; totidemque etiam inter *c*, *d*.

Sint ergo inter *a*, *b* termini *e*, *f*: & inter *c*, *d*,

def.22h totidem termini *g*, *h*: eritque $a+e+f$, hyperlo-

def.23h garithmus rationis *a*, ad *b*; & $e+f+b$, hypologari-

garithmus eiuſdem rationis, inter eoſdem terminos *a*, *b*. erit quoque $c+g+h$, hyperlogarithmus rationis *c* ad *d*; & $g+h+d$, eiuſdem hypologarithmus inter eoſdem terminos *c*, *d*.

Dico *a* ad *c*, maiorem eſſe, quàm $a+e+f$ ad $c+g+h$:

Et $a+e+f$ ad $c+g+h$, maiorem, quàm $e+f+b$ ad $g+h+d$.

Et $e+f+b$ ad $g+h+d$, maiorem, quàm *b* ad *d*.

Demonſtr.

hypoth. Quoniam *a*, *e*, *f*, *b*, necnon *c*, *g*, *h*, *d*, ſunt harmonicè ordinati, in ſerie harmonica naturali
27. h. ab vnitate: ergo eorum denominatores, ſunt arithmeticè ordinati, in ſerie arithmetica naturali ab
ſup. vnitate: totidemque ſunt *a*, *e*, *f*, *b*; quot *c*, *g*, *h*,
def.8.b. *d*: ergo denominatores *a*, *e*, *f*, *b*; ſunt ſimiliter arithmeticè diſpoſiti, atque denominatores *c*, *g*,
16. h. *h*, *d*: ergo etiam *a*, *e*, *f*, *b* ſunt ſimiliter harmoni-
def.16b cè diſpoſiti, atque *c*, *g*, *h*, *d*: ergo *a*, *e*, *c*, *g* ſunt
34. h. harmonicè diſpoſiti: ergo permutando *a*, *c*, *e*, *g*, ſunt harmonicè diſpoſiti. Similiter oſtendetur, quòd *e*, *g*, *f*, *h* ſunt harmonicè diſpoſiti: necnon *f*, *h*, *b*, *d*.

def.19h Rurſum quoniam *a*, *e*, *f*, *b* ſunt harmonicè ordinati, & eſt *a* maior, quàm *b*: ergo *a* maior, eſt quàm *e*; & *e*, maior, quàm *f*: & *f*, quàm *b*: item
ſup. *c*, maior eſt quàm *g*; *g*, quàm *h*; *h*, quàm *d*. Et
hypoth. quoniam *a*, *c*, *e*, *g* ſunt harmonicè diſpoſiti, & eſt

def.13b | *a*, maior, quàm *c*; ergo & *e*, maior eſt, quàm *g*;
82. h. | item *f*, quàm *h*; & *b*, quàm *d*. & eſt *a* ad *e* ratio
def.p.4. | altior, ideoque maior, quàm *e* ad *g*; & *e* ad *g*, altior, & maior, quàm *f* ad *h*; & *f* ad *h*, altior, & maior, quàm *b* ad *d*.

83. h. | Ergo *a* ad *c* maior eſt, quàm vt $a+e+f$ ad $c+g+h$. Quod &c. Et eſt $a+e+f$ ad $c+g+h$ maior, quàm $e+f$ ad $g+h$: & $e+f$ ad $g+h$ maior, quàm $e+f+b$ ad $g+h+d$: ergo $a+e+f$ ad $c+g+h$, eſt maior, quàm $e+f+b$ ad $g+h+d$. Quod &c. Et eſt $e+f+b$ ad $g+h+d$, maior, quàm *b* ad *d*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 79. Prop. 91.

SI quatuor quantitatum prima ad ſecundam maior fuerit, quàm tertia ad quartam: productus extremarum, maior eſt producto mediarum.

Hypoth.

a; *b*: maior, quàm *c*; *d*.

Dico *ad*: maiorem eſſe, quàm *bc*.

Præpar.

Fiat productus *bd*.

Demonſtr.

9. h. | *ad*; *bd*: *a*; *b*.
9. h. | *bc*; *bd*: *c*; *d*.
hypoth. | *a*; *b*: maior, quàm *c*; *d*.

ad;

13. 5. | *ad*; *bd*: maior, quàm *bc*; *bd*.
10. 5. | *ad*: maior, quàm *bc*. Quod &c.
Quare &c.

Theor. 80. *Prop.* 92.

SI quatuor quantitatum productus extremarum maior fuerit producto mediarum: erit prima ad ſecundam maior, quàm vt tertia ad quartam.

Hypoth.

Sunt quatuor quantitates *a*, *b*, *c*, *d*: & eſt *ad* maior, quàm *bc*.

Dico *a*; *b*; maiorem eſſe, quàm *c*; *d*.

Præpar.

Aſſumatur productus *bd*.

Demonſtr.

hypoth. | *ad*: maior, quàm *bc*.
8. 5. | *ad*; *bd*: maior, quàm *bc*; *bd*.
9. *h*. | *ad*; *bd*: *a*; *b*.
9. *h*. | *bc*; *bd*: *c*; *d*.
13. 5. | *a*; *b*: maior, quàm *c*; *d*. Quod &c.
Quare &c.

Theor. 81. *Prop.* 93.

SI fuerit prima ad ſecundam, maior, quàm vt tertia ad quartam: fuerit autem & tertia ad quartam maior, quàm vt quinta ad ſextam: item quinta ad ſextam maior fuerit, quàm vt ſeptima ad octauam: erit compoſita prima

cum

cum tertia, ad compoſitam ſecundam cum quarta, maior, quàm vt compoſita quinta cum ſeptima, ad compoſitam ſextam cum octaua.

Hypoth.

a b

c d

e f

g h

$a; b$: maior, quàm $c; d$.

$c; d$: maior, quàm $e; f$.

$e; f$: maior, quàm $g; h$.

Dico $a+c; b+d$: maiorem, quàm $e+g; f+h$.

Præpar.

Fiant producti $af, ah, cf, ch, be, bg, de, dg$.

Demonſtr.

$af+ah$: productus a per $f+h$.
$cf+ch$: productus c per $f+h$.
29. h. $af+ah+cf+ch$: productus $a+c$ per $f+h$.
$be+bg$: productus b, per $e+g$.
$de+dg$: productus d, per $e+g$.
$be+bg+de+dg$, productus $b+d$, per $e+g$.

hypoth. $a; b$: maior, quàm $c; d$.
hypoth. $c; d$: maior, quàm $e; f$.
13. 5. $a; b$: maior, quàm $e; f$.
hypoth. $e; f$: maior, quàm $g; h$.
13. 5. $a; b$: maior, quàm $g; h$.
13. 5. $c; d$: maior, quàm $g; h$.

af:

93. h. { *af*: maior, quàm *be*.
ah: maior, quàm *bg*.
cf: maior, quàm *de*.
ch: maior, quàm *dg*.
| *af+ah+cf+ch*: maior, quàm *be+bg+de+dg*.
94. h. | *a+c*; *b+d*: maior, quàm *e+g*; *f+h*. Quod &c.
Quare &c.

Theor. 82. Prop. 94.

SI fuerint è ſerie harmonica naturali ab vnitate, quatuor termini harmonicè diſpoſiti; & alij quatuor eorum ſubmultipli: inter ſimplos terminos altioris rationis hyperlogarithmus, ad hyperlogarithmum depreſſioris, maiorem habebit rationem, quàm inter ſubmultiplos. hypologarithmus verò inter ſimplos altioris, ad inter ſimplos depreſſioris, minorem hábebit, quàm inter ſubmultiplos.

Hypoth.

1(3)		1(4)		1(5)		1(6)
1(6)	1(7)	1(8)	1(9)	1(10)	1(11)	1(12)

1(7)		1(8)		1(9)		1(10)
1(14)	1(15)	1(16)	1(17)	1(18)	1(19)	1(20)

| Sint è ſerie harmonica naturali ab vnitate, quatuor termini harmonicè diſpoſiti 1(3), 1(6), 1(7), 1(10): quorum 1(3), maior, quàm 1(6): ideo-

1(3) 1(4) 1(5) 1(6)
1(6) 1(7) 1(8) 1(9) 1(10) 1(11) 1(12)

1(7) 1(8) 1(9) 1(10)
1(14) 1(15) 1(16) 1(17) 1(18) 1(19) 1(20)

def.13h ideoq; & 1(7), maior, quàm 1(10). & esto altior ratio 1(3) ad 1(6), quàm 1(7) ad 1(10: ideo- *def p.4.* que etiam maior. sint autem & istorum æque- *36. h.* submultipli, 1(6), 1(12), 1(14), 1(20), pa- *15. 5.* riter harmonicè dispositi, & æquè cum prædictis proportionales. Sumantur etiam inter 1(3), 1-(6) medij omnes harmonici 1(4), 1(5): & inter 1(7), 1(10), medij omnes 1(8) 1(9); quorum æquesubmultipli 1(8), 1(10), 1(16), 1(18). *def.16h* Constat quod sicut 1(3), 1(4), 1(5), 1(6), & *def.19h* similiter 1(7), 1(8), 1(9), 1(10) harmonicè sunt ordinati, sic 1(6), 1(8), 1(10), 1(12), & *15.5.* similiter 1(14), 1(16), 1(18), 1(20) sunt harmonicè ordinati, & æquè cum prædictis proportionales. Deinde inter 1(6), 1(12), & inter 1(14), 1(20) sumantur omnes reliqui medij harmonici 1(7), 1(9), 1(11), & 1(15), 1(17), 1(19).

Dico primò 1(3)+1(4)+1(5) ad 1(7)+1(8)+1(9) maiorem esse, quàm 1(6)+1(7)+1(8)+1(9)+1(10)+1(11) ad 1(14)+1(15)+1(16)+1(17)+1(18)+1-(19).

De-

Demonstr.

sup. 1(3); 1(7): 1(6); 1(14).

88. *h.* 1(6); 1(14): maior, quàm 1(7); 1(15).

89. *h.* 1(6); 1(14): maior, quàm 1(6)+1(7); 1(14) +1(15).

13. 5. 1(3); 1(7): maior, quàm 1(6)+1(7); 1(14) +1(15).

Similiter demonſtrabitur.

sup. 1(4); 1(8): maior, quàm 1(8)+1(9); 1(16) +1(17). Et

sup. 1(5); 1(9): maior, quàm 1(10)+1(11); 1(18) +1(19).

89. *h.* 1(6)+1(7); 1(14)+1(15): maior, quàm 1(8); 1(16).

sup. 1(8); 1(16): 1(4); 1(8).

13. 5. 1(6)+1(7); 1(14)+1(15): maior, quàm 1(4); 1(8).

Similiter demonſtrabitur.

sup. 1(8)+1(9); 1(16)+1(17): maior, quàm 1(5); 1(9). Et

sup. 1(6)+1(7)+1(8)+1(9); 1(14)+1(15)+1-(16)+1(17): maior, quàm 1(5); 1(9).

93. *h.* 1(3)+1(4); 1(7)+1(8): maior, quàm 1(6)+1-(7)+1(8)+1(9); 1(14)+1(15)+1(16) +1(17).

Similiter demonſtrabitur.

93. *h.* 1(3)+1(4)+1(5); 1(7)+1(8)+1(9): maior,

 quàm

1(3) 1(4) 1(5) 1(6)
1(6) 1(7) 1(8) 1(9) 1(10) 1(11) 1(12)

1(7) 1(8) 1(9) 1(10)
1(14) 1(15) 1(16) 1(17) 1(18) 1(19) 1(20)

quàm 1(6)+1(7)+1(8)+1(9)+1(10)+1(11); 1(14) +1(15)+1(16)+1(17)+1(18)+1(19). Quod &c.

Dico secundò 1(4)+1(5)+1(6); 1(8)+1(9)+1(10): maiorem esse, quàm 1(7)+1(8)+1(9)+1(10)+1(11) +1(12); 1(15)+1(16)+1(17)+1(18)+1(19)+1(20).

Demonstr.

89. h. { 1(7)+1(8); 1(15)+1(16): maior, quàm 1(4); 1(8).
1(4); 1(8): maior, quàm 1(9)+1(10); 1(17) +1(18).
1(9)+1(10); 1(17)+1(18): maior, quàm 1(5); 1(9). }

93. h. 1(7)+1(8)+1(9)+1(10); 1(15)+1(16)+1(17) +1(18): maior, quã 1(4)+1(5); 1(8)+1(9).

89. h. 1(4)+1(5); 1(8)+1(9): maior, quàm 1(11) +1(12); 1(19)+1(20).

89. h. 1(11)+1(12); 1(19)+1(20): maior, quàm 1(6); 1(10).

93. h. 1(7)+1(8)+1(9)+1(10)+1(11)+1(12); 1(15)+1(16)+1(17)+1(18)+1(19)+1(20): maior, quã 1(4)+1(5)+1(6); 1(8)+1(9)+1(10).

Quod

Quod è conuerſo eſt demonſtrandum.

Quare &c.

Theor. 83. *Prop.* 95.

SI fuerint eiuſdem rationis duo hyperlogarithmi, alter ex paucioribus, alter ex terminis vno pluribus; & ſubmultiplicati fuerint vtrorumque termini, per alterius multitudinem terminorum: ſubmultipli eius, qui ex paucioribus, & ſubmultipli eius, qui ex pluribus, primi ſunt ęquales; & reliqui deinceps ſunt minores, hoc ordine; ſecundus eius, qui ex pluribus; & ſecundus eius, qui ex paucioribus; & tertius eius, qui ex pluribus; & tertius eius, qui ex paucioribus; & ſic deinceps. Quod ſi fuerint hypologarithmi: ſubmultipli eius, qui ex paucioribus, & ſubmultipli eius, qui ex pluribus, vltimi ſunt æquales; & reliqui deinceps ſunt maiores, hoc ordine; penultimus eius, qui ex pluribus; & penultimus eius, qui ex paucioribus; & tritultimus eius, qui ex pluribus; & tritultimus eius, qui ex paucioribus; & ſic deinceps.

Hypoth.

1(*a*)		1(*b*)	1(*c*)
1(*d*)	1(*e*)	1(*f*)	1(*g*)
1(3*a*)		1(3*b*)	1(3*c*)
1(2*d*)	1(2*e*)	1(2*f*)	1(2*g*)

Sint earumdem rationum 1(*a*), ad 1(*c*), & 1(*d*) ad 1(*g*) duo hyperlogarithmi; vnus ex duobus terminis 1(*a*), 1(*b*);

1(*a*) 1(*b*) 1(*c*)
1(*d*) 1(*e*) 1(*f*) 1(*g*)
1(3*a*) 1(3*b*) 1(3*c*)
1(2*d*) 1(2*e*) 1(2*f*) 1(2*g*)

alter ex tribus 1(*d*), 1(*e*), 1(*f*): item duo hypologarithmi, ex duobus 1(*b*), 1(*c*), & ex tribus 1(*e*), 1(*f*), 1(*g*). & subtripli accipiantur 1(3*a*), 1(3*b*), 1(3*c*), necnon subdupli 1(2*d*), 1(2*e*), 1(2*f*), 1(2*g*).

Dico 1(3*a*), 1(2*d*) esse æquales: necnon 1(3*c*), 1(2*g*) esse æquales: & hoc ordine, priores maiores esse, & posteriores minores 1(3*a*), 1(2*e*), 1(3*b*), 1(2*f*), 1(3*c*).

Demonstr.

24. *h.*	1(*a*); 1(*c*): 1(*d*); 1(*g*): *c*; *a*: *g*; *d*
p. p.	*c*; *g*: *a*; *d*: *c*---*a*; *g*---*d*.
27. *h.*	*c*---*a*: 2. *g*---*d*: 3.
11. 5.	*c*; *g*: *a*; *d*: 2; 3.
31. *h.*	3*c*: 2*g*. 3*a*: 2*d*.
10. *h.*	1(3*c*): 1(2*g*). 1(3*a*): 1(2*d*). Quæ &c.
6. *h.*	2*g*---2*f*: 2*f*---2*e*: 2*e*---2*d*: 2.
6. *h.*	3*c*---3*b*: 3*b*---3*a*: 3.
	3*a*, 2*e*, 3*b*, 2*f*, 3*c* sunt, hoc ordine, minores, & deinceps maiores.
10. *h.*	1(3*a*), 1(2*e*), 1(3*b*), 1(2*f*), (13*c*) sunt, hoc ordine, maiores, & deinceps minores. Quod &c.

Quare &c.

Theo-

Theor. 84. *Prop.* 96.

SI fuerint è ſerie harmonica naturali ab vnitate, quatuor termini harmonicè diſpoſiti; & alij quatuor eorum ſubdupli; alijque ſubtripli; & ſubquadrupili, & ſic deinceps in infinitum: inter ſimplos terminos altioris, rationis hyperlogarithmus ad hyperlogarithmum depreſſioris maiorem habet rationem, quàm inter ſubduplos: & inter ſubduplos, maiorem, quàm inter ſubtriplos; & ſic deinceps. hypologarithmus verò inter ſimplos altioris, ad inter ſimplos depreſſioris, minorem habet rationem, quàm inter ſubduplos; & inter ſubduplos, minorem, quàm inter ſubtriplos; & ſic deinceps.

Hypoth.

1(3) 1(4) 1(5) 1(16)
1(6) 1(7) 1(8) 1(9) 1(10) 1(11) 1(12)
1(9) 1(10) 1(11) 1(12) 1(13) 1(14) 1(15) 1(16) 1(17) 1(18)

1(7) 1(8) 1(9) 1(10)
1(14) 1(15) 1(16) 1(17) 1(18) 1(19) 1(20)
1(21) 1(22) 1(23) 1(24) 1(25) 1(26) 1(27) 1(28) 1(29) 1(30)

Sint è ſerie harmonica naturali ab vnitate, quatuor termini harmonicè diſpoſiti 1(3), 1(6), 1(7), 1(10); quorum 1(3) maior, quàm 1(6); ideoque, & 1(7) maior, quàm 1(10). Et eſto altior ratio 1(3) ad 1(6), quàm 1(7) ad 1(10). Sint autem iſtorum ſubdupli 1(6), 1(12), 1(14), 1(20): & ſubtripli 1(9), 1(18), 1(21), 1(30). inter quos accipiantur medij harmonici, & ex his Hyperloga-

1(3) 1(4) 1(5) 1(16)
1(6) 1(7) 1(8) 1(9) 1(10) 1(11) 1(12)
1(9) 1(10) 1(11) 1(12) 1(13) 1(14) 1(15) 1(16) 1(17) 1(18)

1(7) 1(8) 1(9) 1(10)
1(14) 1(15) 1(16) 1(17) 1(18) 1(19) 1(20)
1(21) 1(22) 1(23) 1(24) 1(25) 1(26) 1(27) 1(28) 1(29) 1(30)

logarithmi, & Hypologarithmi.

94. h. | Conſtat primò, quòd inter ſimplos, maior eſt hyperlogarithmus altioris, ad hyperlogarithmum depreſſioris, quàm inter ſubduplos: & hypologarithmus minor.

Dico 1(6)+1(7)+1(8)+1(9)+1(10)+1(11); 1(14) +1(15)+1(16)+1(17)+1(18)+1(19): maiorem eſſe, quàm 1(9)+1(10)+1(11)+1(12)+1(13)+1(14)+1(15)+1(16)+1(17); 1(21)+1(22)+1(23)+1(24)+1(25)+1(26)+1(27)+1(28)+1(29).

Præpar.

Sumantur ipſorum 1(6), 1(7), 1(4), 1(5) ſubtripli: & 1(9), 1(10), 1(11), 1(21), 1(22), 1(23) ſubdupli.

Demonſtr.

95. h. | 1(18), 1(20), 1(21), 1(22) ſunt maiores, & deinceps minores.

95. h. | 1(42), 1(44), 1(45), 1(46) ſunt maiores, & deinceps minores.

40. h. | 1(18), 1(20), 1(21), 1(22), & 1(42), 1(44), 1(45), 1(46) ſunt ſimiliter harmonicè diſpoſiti.

88. *h.* 1(18); 1(42): maior, quàm 1(20); 1(44).
1(20); 1(44): maior, quàm 1(21); 1(45).
1(21); 1(45): maior, quàm 1(22); 1(46).

1(18), 1(22), 1(42), 1(45) similiter proportionales, atque 1(6), 1(7), 1(14), 1(15).
36. *h.* 1(18), 1(20), 1(22), 1(42), 1(44), 1(46) similiter proportionales, atque 1(9), 1(10), 1(11), 1(21), 1(22), 1(23).

89. *h.* 1(6); 1(14): maior, quã (9)+1(10); 1(21)+1(22).
89. *h.* 1(9)+1(10); 1(21)+1(22): maior quàm 1(7); 1(15).
13. 5. 1(7); 1(15): maior, quàm 1(11); 1(23).

1(11); 1(23): maior, quàm 1(8); 1(16).
1(8); 1(16): maior, quàm 1(12)+1(13); 1(24)+1(25).
sup. 1(12)+1(13); 1(24)+1(25): maior, quàm 1(9); 1(17).
Et sic deinceps quoad fuerint termini.

93. *h.* 1(6)+1(7)+1(8)+1(9)+1(10)+1(11); 1(14)+1(15)+1(16)+1(17)+1(18)+1(19): maior, quã 1(9)+1(10)+1(11)+1(12)+1(13)+1(14)+1(15)+1(16)+1(17); 1(21)+1(22)+1(23)+1(24)+1(25)+1(26)+1(27)+1(28)+1(29). Quod &c.

Dico etiam 1(7)+1(8)+1(9)+1(10)+1(11)+1(12); 1(15)+1(16)+1(17)+1(18)+1(19)+1(20): minorem esse, quàm 1(10)+1(11)+1(12)+1(13)+1(14)+(15)
+1(16)

1(3)   1(4)   1(5)   1(6)
1(6) 1(7) 1(8) 1(9) 1(10) 1(11) 1(12)
1(9) 1(10) 1(11) 1(12) 1(13) 1(14) 1(15) 1(16) 1(17) 1(18)

1(7)   1(8)   1(9)   1(10)
1(14) 1(15) 1(16) 1(17) 1(18) 1(19) 1(20)
1(21) 1(22) 1(23) 1(24) 1(25) 1(26) 1(27) 1(28) 1(29) 1(30)

+1(16)+1(17)+(1(18); 1(22)+1(23)+1(24)+1(25)
+1(26)+1(27)+1(28)+1(29)+1(30).

Demonstr.

sup.
1(10); 1(22): maior, quàm 1(7); 1(15).
1(7); 1(15): maior, quàm 1(11)+1(12); 1(13)+1(14).
1(11)+1(12); 1(23)+1(24): maior, quàm 1(8); 1(16).
1(8); 1(16): maior, quàm 1(13); 1(25).
Et sic deinceps, quoad fuerint termini.

93. b. 1(10)+1(11)+1(12)+1(13)+1(14)+1(15)+1(16)+1(17)+1(18); 1(22)+1(23)+1(24)+1(25)+1(26)+1(27)+1(28)+1(29)+1(30): maior, quàm 1(7)+1(8)+1(9)+1(10)+1(11)+1(12); 1(15)+1(16)+1(17)+1(18)+1(19)+1(20). Quod è conuerso &c.

Quare &c.

Theo-

Theor. 85. Prop. 97.

EIusdem rationis numerosæ inter maiores terminos, maior est hyperlogarithmus ad hypologarithmum, quàm inter minores.

Demonstr.

Nàm sunt maiores, & deinceps minores, hoc
54. *b.* ordine, hyperlogarithmus inter maiores termi-
57. *b.* nos, hyperlogarithmus inter minores, hypologa-
56. *b.* rithmus inter minores, & hypologarithmus inter
8. 5. maiores. Quare inter maiores, hyperlogarithmus ad hypologarithmum, maior est, quàm inter minores.

Theor. 86. Prop. 98.

E Serie harmonica naturali ab vnitate, terminorum harmonicè dispositorum, altioris rationis logarithmus ad logarithmum depressioris, minor est, quàm vt hyperlogarithmus ad hyperlogarithmum; & maior, quàm vt hypologarithmus ad hypologarithmum.

Hypoth. commun.

A *B* *C* *D*
N *O*
G *H* *I* *K*
R *S* *P* *Q*
E *F*

Sint è serie harmonica naturali ab vnitate, quatuor termini *A*, *B*, *C*, *D*, harmonicè dispositi: quorum ratio *A*

A		B		C		D
				N		O
G		H		I		K
R	S			P	Q	
	E				F	

ad *B*, altior, quàm *C* ad *D*. Et ſit rationis *A* ad *B*, logarithmus *E*: & rationis *C* ad *D*, logarithmus *F*. Sint autem inter *A*, *B*, *C*, *D*, vel inter æqueproportionales numeroſos terminos hyperlogarithmi, & hypologarithmi: rationis quidem *A* ad *B*, hyperlogarithmus *G*, & hypologarithmus *H*: & rationis *C* ad *D*, hyperlogarithmus *I*, & hypologarithmus *K*.

Dico *E* ad *F* minorem eſſe, quàm *G* ad *I*; maiorem, quàm *H* ad *K*.

Præpar.

Eſto, ſi poteſt, *E* ad *F*, maior, quàm *G* ad *H*: & ſumatur *L* ad *M* ratio, quæ cum ratione *G* ad *H*, componit rationem, *E* ad *F*. Et quoniam minor, quàm *E*, eſt ad *F*, vt *G* ad *H*: *L* ad *M*, eſt vt *E* ad minorem, quàm *E*: quare *L*,
62. *h*. maior eſt, quàm *M*. Inueniatur rationis *C* ad *D* hyperlogarithmus *N*, qui ſit minor ad hypologarithmum *O*, quàm vt *L* ad *M*. Quod ſi termini, inter quos cenſentur *N*, *O*, non ſunt minores, quàm inter quos *H*, *K*; ſumantur alij minores æqueproportionales ad *C*, *D*, necnon alij

æque-

æquεproportionales ad *A*, *B*: inter quos rationis quidem *C* ad *D* sint hyperlogarithmus *P*, & hypologarithmus *Q*; & rationis *A* ad *B* hyperlogarithmus *R*, & hypologarithmus *S*.

Demonstr.

96. h. | *R*; *P*: minor est, quàm *G*; *H*.
97. h. | *P*; *Q*: minor, quàm *N*; *O*: & minor, quàm *L*; *M*.
4. 3. | *R*; *Q*: minor, quàm *G*; *H*, + *L*; *M*.
suppos. | *E*; *F*: *G*; *H*, + *L*; *M*.
13. 5. | *R*; *Q*: minor, quàm *E*; *F*. *contra* 82. *h*.

Ergo *E* ad *F*, non est maior, quàm *G* ad *H*.

Præpar.

Esto *E* ad *F*, eadem, quæ *G* ad *H*, si potest: & inter minores terminos, quàm quos inter sunt hyperlogarithmi *G*, *H*, sumantur alij *R*, *P*.

Demonstr.

96. h. | *G*; *H*: maior, quàm *R*; *P*.
suppos. | *E*; *F*: *G*; *H*.
13. 5. | *E*; *F*: maior, quàm *R*; *P*. *contra demonstrata superiùs*.

Ergo *E* ad *F*, non est, vt *G* ad *H*.

Ergo *E* ad *F*, est minor, quàm vt *G* ad *H*. Quod &c.

Præpar.

Esto deinde *E* ad *F*, minor, quàm *I* ad *K*: & sumatur *L* ad *M* ratio, quæ cum *E* ad *F*, rationem *I* ad *K* componit. Et quoniam maior, quàm *E*, ad *F*, est vt *I* ad *K*: *L* ad *M*, est vt maior, quàm *E*, ad *E*: & *L*, ma-

A B C D
N O
G H I K
R S P Q
E F

ior est, quàm *M*. Deinde fiant eadem, quæ supra.

Demonstr.

82. *h.* | *S*; *P*: minor est, quàm *E*; *F*.
præpar. | *P*; *Q*: minor, quàm *L*; *M*.
4. 3. | *S*; *Q*: minor, quàm *E*; *F*,+*L*; *M*.
suppos. | *I*; *K*: *E*; *F*,+*L*; *M*.
13. 5. | *S*; *Q*: minor, quàm *I*; *K*. *contra* 96. *h*.

Præpar.

Ergo *E* ad *F* non est minor, quàm *I* ad *K*.

Præpar.

Esto *E* ad *F*, eadem, quæ *I* ad *K*: & inter minores terminos, quàm quos inter sunt hypologarithmi *I*, *K*, sumantur alij *S*, *Q*.

Demonstr.

suppos. | *E*; *F*: *I*; *K*.
96. *h.* | *I*; *K*: minor est, quàm *S*; *Q*.
13. 5. | *E*; *F*: minor, quàm *S*; *Q*. *contra superiùs demonstrata*.

Ergo *E* ad *F*, non est eadem, quæ *I* ad *K*.
Ergo *E* ad *F*, est maior, quàm *I* ad *K*. Quod &c.
Quare &c.

Theor. 87. *Prop* 99.

QVatuor terminorum è ſerie harmonica naturali ab vnitate diſpoſitorum harmonicè, altioris rationis maior terminus ad maiorem depreſſioris, maior eſt, quàm vt logarithmus ad logarithmum: & logarithmus ad logarithmum, maior, quàm vt minor ad minorem.

Hypoth.

Sint è ſerie harmonica naturali ab vnitate, quatuor termini *a*, *b*, *c*, *d*, harmonicè diſpoſiti: quorum ratio *a* ad *b*, altior, quàm *c* ad *d*: & *a*, maior, quàm *b*: ideoque etiam *c*, maior, quàm *d*. Et eſto rationis *a* ad *b*, logarithmus *e*: & rationis *c* ad *d*, logarithmus *f*.

Dico *a*; *c*: maiorem, quàm *e*; *f*.

Et *e*; *f*: maiorem, quàm *b*; *d*.

Præpar.

Rationis *a* ad *b*, ſumantur hyperlogarithmus *g*, & hypologarithmus *h*: & rationis *c* ad *d*, hyperlogarithmus *l*, & hypologarithmus *m*.

Demonſtr.

90. *h*. | *a*; *c*: maior, quàm *g*; *l*.
98. *h*. | *g*; *l*: maior, quàm *e*; *f*.
98. *h*. | *e*; *f*: maior, quàm *h*; *m*.
90. *h*. | *h*; *m*: maior, quàm *b*; *d*.
13. 5. | *a*; *c*: maior, quàm *e*; *f*. Quod &c.
13. 5. | *e*; *f*: maior, quàm *b*; *d*. Quod &c.

Quare &c.

Theo-

Theor. 88. *Prop.* 100.

QVatuor numerorum arithmeticè diſpoſitorum, ratio primi ad ſecundum, totuplicata, quotus eſt primus, maior eſt, quàm tertij ad quartum totuplicata, quotus eſt quartus: atque totuplicata ratio primi ad ſecundum, quotus eſt ſecundus, minor eſt, quàm totuplicata tertij ad quartum, quotus eſt tertius.

Hypoth.

Sint quatuor numeri arithmeticè diſpoſiti *a*, *b*, *c*, *d*.

Dico rationem *a* ad *b* totuplicatam, quotus eſt *a*, maiorem eſſe, ratione *c* ad *d*, totuplicata, quotus eſt *d*: & rationem *a* ad *b* totuplicatam, quotus eſt *b*, minorem eſſe, ratione *c* ad *d* totuplicata, quotus eſt *c*.

Præparatio.

Sumantur in ſerie harmonica naturali ab vnitate termini æqueordinati cum numeris *a*, *b*, *c*, *d*, in ſerie arithmetica naturali: nempe vnitates denominatæ ab ipſis: 1(*a*), 1(*b*), 1(*c*), 1(*d*). Et eſto rationis *c* ad *b*, logarithmus *e*: & rationis *c* ad *d*, logarithmus *f*.

Demonſtr. p.

Terminus *a*, vel minor eſt, vel maior, quàm *b*: & rurſum *a*, vel minor eſt, vel maior, quàm *c*. Eſto *a*, minor, quàm *b*: & minor, quàm *c*.

hypoth.	*a*, *b*, *c*, *d*: arithmeticè diſpoſiti.
14. *h.*	1(*a*), 1(*b*), 1(*c*), 1(*d*): harmonicè diſpoſiti.
ſup.	1(*a*): maior, quàm 1(*b*): & maior, quàm 1(*c*).
88. *h.*	1(*a*); 1(*b*): altior, & maior, quàm 1(*c*); 1(*d*).

65. h. | 1(*a*); 1(*b*): logarithmus *e*.
65. h. | 1(*c*); 1(*d*): logarithmus *f*.
12. h. | 1(*a*): maior, quàm 1(*b*).
def 13 h | 1(*c*): maior, quàm 1(*d*).
8. 5. | 1(*a*); 1(*d*): maior, quàm 1(*a*); 1(*c*).
99. h. | 1(*a*); 1(*c*): maior, quàm *e*; *f*.
99. h. | *e*; *f*: maior, quàm 1(*b*); 1(*d*).
8. 5. | 1(*b*); 1(*d*): maior, quàm 1(*b*); 1(*c*).
13. 5. | 1(*a*); 1(*d*): maior, quàm *e*; *f*.
13. 5. | *e*; *f*: maior, quàm 1(*b*); 1(*c*).
12. h. | 1(*a*); 1(*d*): *d*; *a*.
12. h. | 1(*b*); 1(*c*): *c*; *b*.
13. 5. | *d*; *a*: maior, quàm *e*; *f*.
13. 5. | *e*; *f*: maior, quàm *c*; *b*.
91. h. | *df*: maior, quàm *ae*.
91. h. | *eb*: maior, quàm *fc*.

hypoth. | Et quoniam *f*, logarithmus eſt rationis *c* ad *d*:
73. h. | ergo *df*, logarithmus eſt rationis *c* ad *d*, totu-
hypoth. | plicatæ, quotus eſt *d*. item quoniam *e*, logari-
73. h. | thmus eſt rationis *a* ad *b*: ergo *ae*, logarithmus
| eſt rationis *a* ad *b* totuplicatæ, quotus eſt *e*. Et
74. h. | vt *ae* ad *df*, ita eſt ratio *a* ad *b* totuplicata, quo-
| tus eſt *a*, ad rationem *c* ad *d* totuplicatam quo-
71. h. | tus eſt *d*. eſt autem *ae*, minor, quàm *df*: ergo ra-
| tio *a* ad *b* totuplicata, quotus eſt *a*, depreſſior
hypoth. | eſt *a* ratione *c* ad *d* totuplicata, quotus eſt *d*. eſt
def 5. h. | autem *a* minor, quàm *b*; & *c*, minor, quàm *d*:

Ergo

def.2.4. Ergo maior eſt ratio *a* ad *b* totuplicata, quotus eſt *a*, quàm *c* ad *d* totuplicata, quotus eſt *d*. Quod &c.

73. *h*. Similiter oſtendetur, quod *eb*, logarithmus eſt rationis *a* ad *b*, totuplicatæ, quotus eſt *b*: & *fc*
ſup. logarithmus *c* ad *d* totuplicatæ, quotus eſt *c*: ſed
71. *h*. eſt *eb*, maior, quàm *fc*: ergo ratio *a* ad *b* totuplicata quotus eſt *b*, altior eſt, quàm *c* ad *d* totu-
hypoth. plicata quotus eſt *c*. & eſt *a* minor, quàm *b*; &
def.5.*h*. *c* minor, quàm *d*: ergo minor eſt ratio *a* ad *b* to-
def.*p*.4. tuplicata, quotus eſt *b*, quàm ratio *c* ad *d* totuplicata, quotus eſt *c*. Quod &c.

Demonſtr.2.

Eſto *a*, minor, quàm *b*: & maior, quàm *c*.
hypoth. ergo *c*, *d*, *a*, *b*, ſunt quatuor numeri arithmeticè
def.5.*h*. diſpoſiti; quorum *c*, minor eſt, quàm *d*; & mi-
ſup. nor, quàm *a*. Et ratio *c* ad *d* totuplicata, quotus eſt *c*, maior eſt, quàm *a* ad *b* totuplicata, quotus eſt *b*: & *c* ad *d* totuplicata, quotus eſt *d*, minor, quàm *a* ad *b* totuplicata, quotus eſt *a*. Quod &c.

Demonſtr.3.

Eſto *a*, maior, quàm *b*, & minor, quàm *c*.
hypoth. Ergo *b*, *a*, *d*, *c*, ſunt quatuor numeri arithmeti-
bef.5.*h*. cè diſpoſiti; quorum *b*, minor, quàm *a*; & mi-
ſup. nor, quàm *d*. Et ratio *b* ad *a* totuplicata, quotus eſt *b*, maior, quàm *d* ad *c* totuplicata, quo-

tus

tus est *c*: & *b* ad *a* totuplicata, quotus est *a*, minor, quàm *d* ad *c* totuplicata, quotus est *d*. Et

2.3. conuertendo *a* ad *b* totuplicata, quotus est *a*, maior, quàm *c* ad *d*, totuplicata, quotus est *d*: & *a* ad *b* totuplicata, quotus est *b*, minor, quàm *c* ad *d* totuplicata, quotus est *c*. Quod &c.

Demonstr. 4.

Esto *a* maior vtrisque *b*, & *c*: eritque *d* mi-

def.5.h. sup. nor vtrisque *c*, & *b*. Sunt ergo quatuor numeri *d*, *c*, *b*, *a* dispositi arithmeticè: quorum ratio *d* ad *c* totuplicata, quotus est *d*, maior, quàm *b* ad *a* totuplicata, quotus est *a*: & *d* ad *c* totuplicata, quotus est *c*, minor, quàm *b* ad *a* totuplicata,

2.3. quotus est *b*. Et conuertendo, *c* ad *d* totuplicata, quotus est *d*, minor, quàm *a* ad *b* totuplicata, quotus est *a*: & *c* ad *d* totuplicata, quotus est *c*, maior, quàm *a* ad *b* totuplicata, quotus est *b*. Quod &c. Quare &c.

Theor. 89. *Prop.* 101.

SI fuerint quatuor numeri arithmeticè dispositi, & primus maior secundo; fuerint autem & alij duo numeri, quintus ad sextum, maior quàm vt primus ad quartum: erit primi ad secundum totuplicata ratio, quotus est quintus, maior, quàm tertij ad quartum totuplicata ratio, quotus est sextus.

Hypoth.

def. 5. h. Sint quatuor arithmeticè diſpoſiti numeri *a*, *b*, *c*, *d*: & ſit primus *a*, maior ſecundo *b*; ideoque etiam tertius *c*, maior quarto *d*: & ſint alij duo, quintus *e* ad ſextum *f*, maior quàm *a* ad *d*.

Dico rationem *a* ad *b* totuplicatam, quotus eſt *e*, maiorem eſſe ratione *c* ad *d* totuplicata, quotus eſt *f*.

Præpar.

Rationis *a* ad *b*, logarithmus aſſumatur *g*: & rationis *c* ad *d*, logarithmus *h*.

Demonſtr.

100. h. Ratio *a* ad *b* totuplicata, quotus eſt *a*, maior eſt ratione *c* ad *d* totuplicata, quotus eſt *d*: &
hypoth. ambæ ſunt maioris inæqualitatis: ergo ratio *a* ad
def. p. 4. *b* totuplicata, quotus eſt *a*, altior eſt, quàm *c* ad *d* totuplicata, quotus eſt *d*. Eſt autem rationis *a*
73. h. ad *b* totuplicatæ, quotus eſt *a*, logarithmus *ag*: & rationis *c* ad *d* totuplicatæ, quotus eſt *d*, loga-
hypoth. rithmus *hd*: ergo *ag* maior eſt, quàm *hd*. Et quo-
p. 3. 9. h. niam *e* ad *f* maior eſt, quàm vt *a* ad *d*: permutando, *e* ad *a*, maior eſt, quàm vt *f* ad *d*. Sed *e* ad *a*, eſt vt *eg* ad *ag*: & *f* ad *d*, vt *fh* ad *dh*.
13. 5. Ergo *eg* ad *ag*, maior eſt, quàm vt *fh* ad *dh*: &
p. 3. permutando, *eg* ad *fh*, maior, quàm vt *ag* ad *dh*.
73. h. Et eſt *eg*, logarithmus rationis *a* ad *b* totuplicatæ, quotus eſt *e*: & *fh*, logarithmus rationis *c* ad
71. h. *d* totuplicatæ, quotus eſt *f*. ergo ratio *a* ad *b*

totu-

totuplicata, quotus eſt *e*, altior eſt ratione *c* ad *d*
hypoth. totuplicata, quotus eſt *f*. Et vtraque maioris eſt
def.p.4. inæqualitatis. Ergo ratio *a* ad *b* totuplicata, quotus eſt *e*, maior eſt ratione *c* ad *d* totuplicata, quotus eſt *f*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 90. Prop. 102.

SI fuerint quatuor numeri arithmeticè diſpoſiti, & primus minor ſecundo; fuerint autem & alij duo numeri, quintus ad ſextum, minor, quàm vt primus ad quartum: erit primi ad ſecundum totuplicata ratio, quotus eſt quintus, maior, quàm tertij ad quartum totuplicata ratio, quotus eſt ſextus.

Hypoth.

Sint quatuor numeri arithmeticè diſpoſiti, *a*, *b*,
def.5.h. *c*, *d*: & ſit *a*, minor, quàm *b*: ideoque etiam *c*, minor, quàm *d*: & ſit *e*, ad *f*, minor, quàm vt *a* ad *d*.

Dico *a* ad *b* totuplicatam rationem, quotus eſt *e*, maiorem eſſe ratione *c* ad *d* totuplicata, quotus eſt *f*.

Demonſtr.

hypoth. Sunt enim *d*, *c*, *b*, *a*, arithmeticè diſpoſiti: & eſt
2. 3. *d*, maior, quàm *c*: & *f* ad *e*, maior, quàm *d* ad *a*:
101. h. ergo *d* ad *c* totuplicata, quotus eſt, *f* maior eſt, quàm *b* ad *a* totuplicata, quotus eſt *e*: & conuer-
2. 3. tendo *c* ad *d* totuplicata, quotus eſt *f*, minor,


quàm a ad b totuplicata, quotus eſt e. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 13. *Prop.* 103.

DAta quantitate, dataque ratione inæqualitatis, inuenire terminos in data ratione, quorum differentia eſt quántitas data.

Hypoth.



Sit data quantitas AB, dataque ratio c ad d: & eſto c, maior, quàm d.

Oportet inuenire terminos in ratione c ad d, quorum exceſſus AB.

Conſtr.

Fiat c---d; d: AB; BE.

Dico AE; EB: c; d.

Demonſtr.

conſtr. | AB; BE: c---d; d.

2. *p.* | AE; EB: c; d. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 91. *Prop.* 104.

SI quatuor quantitatum non numeroſas rationes habentium, harmonicè diſpoſitarum, prima maior fuerit, quàm vtralibet ſecunda, & tertia: logarithmus rationis pri-

primæ ad ſecundam ad logarithmum tertiæ ad quartam, non erit maior, quàm vt prima ad tertiam, nec minor, quàm vt ſecunda ad quartam.

Hypoth.

p r q s t x u y
l m n o
K
z β δ ε θ λ μ ξ
a b c d
π e φ ψ f ω
g i h

Sunto quatuor quantitates harmonicè diſpoſitæ, a, b, c, d: quarum a, maior, quàm b, & maior, quàm c. & ſunto a ad b, & c ad d, rationes non numeroſæ. & rationis a ad b, eſto logarithmus e: rationis autem c ad d, logarithmus f.

Dico e ad f, non maiorem eſſe, quàm vt a ad b; nec minorem, quàm vt c ad d.

Suppoſito falſa alternatiua.

Eſto, ſi fieri poteſt, vel maior e ad f, quàm vt a ad b, ratione g ad h, maioris inæqualitatis, vel minor, quàm vt c ad d, ratione g ad h, maioris inæqualitatis.

Præpar.

Fiat g; i: i; h. Sumatur quantitas K.
Fiat a; K: K; l.
b; K: K; m.
c; K: K; n.
d; K: K; o.

Da-

p r q s t x u y
l m n o
K
z β δ ε θ λ μ ξ
a b c d
π e φ ψ f ω
g i h

77. b. Datis non numerosis rationibus *a* ad *b*, & *c* ad *d*, vel *m* ad *l*, & *o* ad *n*: dataque ratione *g* ad *i*, vel *i* ad *h*, maioris inæqualitatis, quatuor inueniantur numerosæ rationes, *p* ad *q*, altior, quàm *l* ad *m*; & *r* ad *s* depressior: propiores æqualitati logarithmicæ, quàm vt in ratione *g* ad *i*, vel *i* ad *h*.

88. b. Et quoniam *a* ad *b*, ratio est altior, quàm *c* ad
24. b. *d*: & sunt *l*, *m*, *n*, *o*, reciprocè, sicut *a*, *b*, *c*, *d*:
2. 3. etiam *l* ad *m*, ratio est altior, quàm *n* ad *o*. Itaq; si forte contingeret *r* ad *s*, non altior, quàm *n* ad
76. b. *o*: inueniatur altera *r* ad *s*, depressior quidem, quàm *l* ad *m*; sed ei propior; atque altior, quàm
76. b. *n* ad *o*. Et similiter inueniatur *t* ad *u*, depressior,
77. b. quàm *r* ad *s*; altior, quàm *n* ad *o*: necnon inueniatur *x* ad *y*, depressior, quàm *n* ad *o*; vt fiant *t* ad *u*, & *x* ad *y*, propiores æqualitati logarithmicæ, quàm vt in ratione *g* ad *i*, vel *i* ad *h*.

103. b. Dataque differentia *l*, *m*: datis quoque rationibus *p*, ad *q*, *r* ad *s*, *t* ad *u*, *x* ad *y*, inueniantur

tur earumdem termini p, q, r, s, t, u, x, y, easdem habentes rationes, & eamdem differentiam l, m.

Fiat p; K: K; z.
r; K: K; β.
q: K: K; δ.
s; K: K; ϵ.
t; K: K; θ.
x; K: K; λ.
u; K: K; μ.
y; K: K; ξ.

Et rationis z ad δ, logarithmus esto π.
rationis β ad ϵ, logarithmus φ.
rationis θ ad μ, logarithmus ψ.
rationis λ ad ξ, logarithmus ω.

Demonstr. commun.

hypoth. | a, b, c, d, sunt harmonicè dispositæ.
33. *h.* | l, m, n, o, arithmeticè dispositæ.
hypoth. | a, maior, quàm b: & maior, quàm c.
24. *h.* | l, minor, quàm m: & minor, quàm n.
constr. | p, q; l, m; r, s; t, u; n, o; x, y: binæ, & binæ sunt arithmeticè disposite, antecedentes minores consequentibus.
def. 34. *h* | π: maior, quàm e. & e; maior, quàm φ.
| ψ: maior, quàm f. & f: maior, quàm ω.
constr. | Et quoniam g, ad i, maior est logarithmicè, quàm vt ratio z ad δ, ad rationem β ad ϵ: ratio
12. 4. | autem z ad δ, ad rationem β ad ϵ, logarithmicè

maior

p r q s t x u y
l m n o
K
z β δ ε θ λ μ ξ
a b c d
π e φ ψ f ω
g i h

81. h. maior eſt, quàm vt ad rationem *a* ad *b*: & ratio *z* ad *δ*, ad rationẽ *a* ad *b*, eſt logaritmicè, vt *π* ad
13.5. *e*: ergo *g* ad *i* eſt maior, quàm vt *π* ad *e*. Similiter oſtendetur *g* ad *i*, maior, quàm *e* ad *φ*: & maior, quàm *ψ* ad *f*: & maior, quàm *f* ad *ω*.

conſtr. Deinde quoniam *p* ad *q*, vel *z* ad *δ* ratio eſt
ſup. altior, quàm *l* ad *m*, vel *a* ad *b*; & ſunt *z*, *δ*,
hypoth. *a*, *b* harmonicè diſpoſitæ; & eſt *a*, maior, quàm
7.5. *b*: oportet *z*, & *δ* maiores eſſe, quàm *a*, *b*. ſi enim eſſent æquales; eſſet ratio *z* ad *δ*, æquealta rationi *a* ad *b*: ſi verò eſſet *z*, minor, quàm *a*;
*def.*13*b* ideoque & *δ*, minor, quàm *b*; eſſet ratio *z* ad *δ*,
88. *h*. depreſſior, quàm *a* ad *b*: contra aſſumptum. Similiter oſtendetur, quòd *a*, maior eſt, quàm *β*; & *b*, quàm *ε*: item *θ*, maior, quàm *c*; & *μ*, quàm *d*: & *c*, quàm *λ*; & *d*, quàm *ξ*.

Suppoſitio falſa prima.

Eſto *e* ad *f*, maior, quàm *a* ad *c*: ſi poteſt.

De-

Demonſtr. p.

præpar. | $e;\ f:\ a;\ c, +g;\ i, +i;\ h.$

def. 5.6. | $e;\ \varphi, +\varphi;\ \psi, +\psi;\ f:\ e;\ f.$

11. 5. | $e;\ \varphi, +\varphi;\ \psi, +\psi;\ f:\ a;\ c, +g;\ i, +i;\ h.$

ſup. | $e;\ \varphi$: minor, quàm $g;\ i.$

ſup. | $\psi;\ f$: minor, quàm $i;\ h.$

4. 3. | $\varphi;\ \psi$: maior, quàm $a;\ c.$ ſi enim eſſet eadem, vel minor: eſſet $e;\ f$: minor, quàm $a;\ c, +g;\ h.$ contra aſſumptum.

præpar. | Sunt autem β, ϵ, θ, μ, harmonicè diſpoſitæ

25. *h.* | quantitates, numeroſaſque habentes rationes; & proportionales ſicut quidam termini è ſerie har-

præpar. | monica naturali ab vnitate: quorum rationis β ad ϵ, logarithmus eſt φ; & rationis θ ad μ, loga-

ſup. | rithmus eſt ψ. Eſt autem ſicut r ad s ratio altior, quàm t ad u: ſic β ad ϵ, altior, quàm θ ad μ: &

ſup. | eſt β, maior, quàm ϵ; ideoque & θ, maior,

99. *h.* | quàm μ. Ergo β ad θ, maior eſt, quàm φ ad ψ.

13. 5. | Ergo β ad θ, maior eſt, quàm a ad c. *contra* 8.5.

Ergo e ad f, non maior eſt, quàm a ad c. Quod &c.

Suppoſ. falſ. 2.

Eſto e ad f, minor, quàm b ad d, ſi poteſt.

Demonſtr. 2.

præpar. | $e;\ f, +g;\ h:\ b;\ d.$

ſup. | $\pi;\ e$: minor, quàm $g;\ i.$

ſup. | $f;\ \omega$: minor, quàm $i;\ h.$

ſup. | $\pi;\ \omega$: minor, quàm $e;\ f, +g;\ h.$

13. 5. π; ω: minor, quàm *b*; *d*.

Sunt autem z, δ, λ, ξ, harmonicè diſpoſitæ,
præpar. numeroſas rationes habentes; & proportionales,
25. h. ſicut quidam termini è ſerie harmonica naturali
præpar. ab vnitate: quorum rationis z ad δ, logarithmus
eſt π; & rationis λ ad ξ, logarithmus eſt ω: &
ſup. eſt z ad δ ratio altior, quàm *a* ad *b*; ſicut *p* ad
q, altior, quàm *l* ad *m*: & *l* ad *m* altior, quàm
n ad *o*, vel *c* ad *d*: & *c* ad *d*, altior, quàm λ ad
ξ; ſicut *n* ad *o*, altior, quàm *x* ad *y*: ergo z ad
δ, altior eſt, quàm λ ad ξ: & eſt z, maior, quàm
99. h. δ; & λ, maior, quàm ξ: Ergo π ad ω maior
13. 5. eſt, quàm δ ad ξ. Ergo δ ad ξ minor eſt, quàm
b ad *d*. *contra* 8. 5.

Ergo *e* ad *f*, non minor eſt, quàm *b* ad *d*. Quod &c.
Quare &c.

Theor. 92. *Prop.* 105.

QVatuor arithmeticè diſpoſitarum quantitatum, ſi prima ad vltimam, fuerit vt numerus ad numerum: erit primæ ad ſecandam totuplicata ratio, quotus eſt homologus primæ, maior, quàm tertiæ ad quartam totuplicata ratio, quotus eſt homologus quartæ. quòd ſi ſecunda ad tertiam fuerit vt numerus ad numerum: erit primæ ad ſecundam totuplicata ratio, quotus eſt homologus ſecundæ, minor, quàm tertię ad quartam totuplicata, quotus eſt homologus tertiæ.

Hy-

Hypoth.

Sunto quatuor arithmeticè diſpoſitæ quantitates *A*, *B*, *C*, *D*. & eſto, vel alterutrum, vel vtrumque iſtorum, videlicet: *A* ad *D*, vt numerus *a*, ad numerum *d*: & *B* ad *C*, vt numerus *b*, ad numerum *c*.

Dico rationem *A* ad *B* totuplicatam, quotus eſt *a*, maiorem eſſe ratione *C* ad *D* totuplicata, quotus eſt *d*: & rationem *A* ad *B* totuplicatam, quotus eſt *b*, minorem ratione *C* ad *D* totuplicata, quotus eſt *c*.

Præpar. commun.

Sumatur rationalis *u*: & per quantitates denominetur arithmeticè diſpoſitas, vt fiant fractiones
13.*h*. *u*(*A*), *u*(*B*), *u*(*C*), *u*(*D*), harmonicè diſpoſitæ. Sitque rationis *A* ad *B* logarithmus *e*: & rationis *C* ad *D*, logarithmus *f*.

Demonſtr. p.

Quantitatum *A*, *B*, *C*, *D*, vel duæ tantùm extremæ *A*, *D*, erunt vt numeri; vel duæ tantùm mediæ *B*, *C*: vel binæ tantùm extremæ inuicem *A*, *D*; & mediæ inuicem *B*, *C*: vel tres inuicem ſunt vt numeri.

4.8. Sunto tres inuicem *A*, *B*, *C*, vt numeri: & aſſumantur tres numeri *g*, *h*, *i* proportionales, vt
*def.*5.*h*. *A*, *B*, *C*: quod ſi *A*, minor eſt, quàm *B*; etiam *C*,
2.*p*. minor eſt, quàm *D*; & *g* minor, quàm *h*. & per homologiam, eſt defectus *g*, *h*, ad *i*, vt defectus *A*, *B*, ad *C*. addatur defectus *g*, *h*, numero *i*, &
2.*p*. fiat numerus *l*. erit ergo componendo vt *l* ad *i*,

def.5.h. ita *D* ad *C*. Si verò *A*, maior eſt, quàm *B*: profectò *C*, maior eſt, quàm *C*---*D*, vel quàm *A*
2.p. ---*B*: & per homologiam, ſicut *C*, maior eſt, quàm *A*---*B*, ita *i*, maior eſt, quàm *g*---*h*. Auferatur itaque *g*---*h*, ab *i* numero; & relinquatur *l*: &
2.p. erit, diuidendo, *C* ad *D*, vt *i* ad *l*.

Quare *A*, *B*, *C*, *D* ſunt proportionales inuicem, vt numeri, *g*, *h*, *i*, *l*. & numeri *g*, *h*, *i*, *l*, ſunt arithmeticè diſpoſiti: quorum ratio *g* ad *h*
100. h. totuplicata, quotus eſt *g*, maior eſt, quàm ratio *i* ad *l* totuplicata, quotus eſt *l*: & ratio *g* ad *h* totuplicata, quotus eſt *h*, minor, quàm ratio *i* ad *l*
6.4. totuplicata, quotus eſt *i*. Sed *g* ad *h* totuplicata ratio, quotus eſt *g*, ad eamdem totuplicatam, quotus eſt *a*, eſt logarithmicè, vt *g* ad *a*: & *i* ad *l* totuplicata, quotus eſt *l*, eſt logarithmicè ad eamdem totuplicatam, quotus eſt *d*, vt *l* ad *d*. Et quoniam *g* ad *l* eſt vt *A* ad *D*: & *A* ad *D*, vt
11.5. *a* ad *d*: ergo *g* ad *l*, eſt vt *a* ad *d*: & permutan-
2.p. 15.4. do *g* ad *a*, vt *l* ad *d*. Ergo ratio *g* ad *h* totuplicata, quotus eſt g, ad eamdem totuplicatam, quotus eſt *a*, eſt vt *i* ad *l* totuplicata, quotus eſt *l*,
18.4. ad eamdem totuplicatam, quotus eſt *d*. Ergo ſi *g* ad *h* totuplicata, quotus eſt *g*, altior eſt, quàm *i* ad *l* totuplicata, quotus eſt *l*, etiam *g* ad *h* totuplicata, quotus eſt *a*, altior eſt, quàm *i* ad *l* totuplicata, quotus eſt *d*: ſi depreſsior, depreſsior.

ergo

100.*h.* ergo ſicut *g* ad *h* totuplicata, quotus eſt *g*, maior eſt, quàm *i* ad *l* totuplicata, quotus eſt *l*; ſiue
def.5.h. ſint *g* ad *h*, & *i* ad *l* rationes maioris inæqualitatis, ſiue ſint minoris ambæ: erit & *g* ad *h* totu-
deff. 1. & 2.4. plicata, quotus eſt *a*, maior, quàm *i* ad *l* totuplicata, quotus eſt *d*. Et eſt *g* ad *h*, eadem, quæ *A* ad *B*: & *i* ad *l*, eadem, quæ *C* ad *D*. ergo *A* ad *B* totuplicata ratio, quotus eſt *a*, maior eſt, quàm *C* ad *D* totuplicata, quotus eſt *d*. Quod &c.

Simili prorus demonſtratione oſtendetur, quòd ratio *A* ad *B* totuplicata, quotus eſt *b*, minor eſt, quàm *C* ad *D* totuplicata, quotus eſt *c*. Quod &c.

Demonſtr.2.

Sunto vel duo tantùm extremi *A*, *D*, vt numeri; vel duo tantùm medij *C*, *D*; vel bini, & bini *A*, *D*, & *B*, *C*; non autem tres, aut quatuor. profectò vel eſt quantitas *A*, minor, quàm *B*, vel maior: & rurſum quantitas *A*, minor, quàm *C*, vel maior.

Eſto *A*, minor, quàm *B*, & minor, quàm *C*.

14. *h.* *u*(*A*), *u*(*B*), *u*(*C*), *u*(*D*), ſunt harmonice diſpoſiti.
12. *h.* *u*(*A*): maior, quàm *u*(*B*).
12. *h.* *u*(*A*): maior, quàm *u*(*C*).
88. *h.* *u*(*A*); *u*(*B*): altior, & maior, quàm *u*(*C*); *u*(*D*).
78. *h.* *u*(*A*); *u*(*B*): logarithmus *e*.
78. *h.* *u*(*C*); *u*(*D*): logarithmus *f*.
def.13 h *u*(*C*): maior, quàm *u*(*D*).
8. 5. *u*(*A*); *u*(*D*): maior, quàm *u*(*A*); *u*(*C*).

u(*A*);

104. *h.* | $u(A); u(C)$: non minor, quàm $e; f$.
104. *h.* | $e; f$: non minor, quàm $u(B); u(D)$.
8. 5. | $u(B); u(D)$: maior, quàm $u(B); u(C)$.
13. 5. | $u(A); u(D)$; maior, quàm $e; f$.
13. 5. | $e; f$: maior, quàm $u(B)$; $u(C)$.
12. *h.* | $u(A); u(D)$: $D; A$: $d; a$.
12. *h.* | $u(B); u(C)$: $C; B$: $c; b$.
13. 5. | $d; a$: maior, quàm $e; f$.
13. 5. | $e; f$: maior, quàm $c; b$.
91. *h.* | df: maior, quàm ae.
91. *h.* | eb: maior, quàm fc.

præpar. Et quoniam f, logarithmus eſt rationis C ad
80. h. D: ergo df, logarithmus eſt rationis C ad D totuplicatæ, quotus eſt d. item quoniam e, logarithmus eſt rationis A ad B: ergo ae, logarithmus eſt rationis A ad B totuplicatæ, quotus eſt a. Similiter fc, logarithmus eſt rationis C ad D totuplicatæ, quotus eſt c: & eb, logarithmus, ratio-
81. h. nis A ad B totuplicatæ, quotus eſt b. Sicut ergo ae, minor eſt, quàm df: ſic depreſſior eſt A ad B totuplicata, quotus eſt a, quàm C ad D totuplicata, quotus eſt d. Item ſicut eb, maior eſt, quàm fc: ſic A ad B totuplicata, quotus eſt b, altior eſt, quàm C ad D totuplicata, quotus eſt c.
hypoth. Sunt autem A ad B, & C ad D, minoris inæqua-
deff. 1. & 2. 4. litatis rationes, quarum depreſſior altiore maior eſt. Ergo A ad B totuplicata, quotus eſt a, maior

ior est, quàm *C* ad *D* totuplicata, quotus est *d*: & *A* ad *B* totuplicata, quotus est *b*, minor, quàm *C* ad *D* totuplicata, quotus est *c*. Quod &c.

Demonstr. 3.

Esto *A* minor, quàm *B*, & maior, quàm *C*. Ergo *C*, *D*, *A*, *B*, sunt quatuor quantitates arithmeticè dispositè; quarum *C*, minor, quàm *D*, & minor, quàm *A*. Et ratio *C* ad *D* totuplicata, quotus est *c*, maior est, quàm *A* ad *B* totuplicata, quotus est *b*. & *C* ad *D* totuplicata, quotus est *d*, minor, quàm *A* ad *B* totuplicata, quotus est *a*. Quod &c.

def. 5. *h.* *sup.*

Demonstr. 4.

Esto *A*, maior, quàm *B*, & minor, quàm *C*. Ergo *B*, *A*, *D*, *C*, sunt quatuor quantitates arithmeticè dispositæ, quarum *B* minor, quàm *A*; & minor, quàm *D*. ideoque *B* ad *A* totuplicata ratio, quotus est *b*, maior est, quàm *D* ad *C* totuplicata, quotus est *c*: & *B* ad *A* totuplicata, quotus est *a*, minor, quàm *D* ad *C* totuplicata, quotus est *d*. Ergo conuertendo, *A* ad *B* totuplicata, quotus est *b*, minor est, quàm *C* ad *D* totuplicata, quotus est *c*: & *A* ad *B* totuplicata, quotus est *a*, maior, quàm *C* ad *D* totuplicata, quotus est *d*. Quod &c.

def. 5. *h.* *sup.*

2. 3.

Demonstr. 5.

Esto *A* maior, quàm *B*, & maior, quàm *C*. Ergo *D*,

C, B, A, sunt quantitates arithmeticè dispositæ,
def.5.h. quarum D minor, quàm C, & minor, quàm B.
sup. quarum ratio D ad C totuplicata, quotus est d, maior est, quàm B ad A totuplicata, quotus est a: & D ad C totuplicata, quotus est c, minor,
2. 3. quàm B ad A totuplicata, quotus est b: Ergo conuertendo, C ad D totuplicata, quotus est d, minor est, quàm A ad B totuplicata, quotus est a: & C ad D totuplicata, quotus est c, maior, quàm A ad B totuplicata, quotus est b. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 93. Prop. 106.

SI fuerint quatuor quantitates arithmeticè dispositæ, & prima minor secunda; fuerint autem & duo numeri prior ad posteriorem, minor, quàm vt prima quantitas ad quartam: erit primæ ad secundam totuplicata ratio, quotus est prior numerus, maior, quàm tertiæ ad quartam totuplicata, quotus est posterior.

Hypoth.

Sint quatuor quantitates arithmeticè dispositæ, A, B, C, D: & sit A, minor, quàm B: ideoque etiam C, minor, quàm D: & sit e numerus ad numerum f, minor, quàm vt A ad D.

Dico A ad B totuplicatam, quotus est e, maiorem esse, quàm C ad D totuplicata, quotus est f.

Præ-

Præpar.

Denominetur u, per quantitates arithmeticè
13. h. dispositas A, B, C, D, vt fiant fractiones har-
monicè dispositæ, $u(A)$, $u(B)$, $u(C)$, $u(D)$. Et
esto rationis $u(A)$ ad $u(B)$, logarithmus g: & ra-
tionis $u(C)$ ad $u(D)$, logarithmus h.

Demonstr.

Vel $u(A)$, maior est, quàm $u(C)$; vel minor.
def. 13 h. Si $u(A)$, maior est, quàm $u(C)$: etiam $u(B)$, ma-
88. h. ior est, quàm $u(D)$: & $u(A)$ ad $u(B)$, ratio est al-
def. p. 4. tior, & maior, quàm $u(C)$ ad $u(D)$. Ergo g ad h
104. h. non maior est, quàm vt $u(A)$ ad $u(C)$.
11. h. $u(A)$; $u(C)$: C; A.
12. h. C: maior, quàm A.
13. 5. g; h: non maior, quàm C; A.
8. 5. D; A: maior, quàm C; A.
13. 5. g; h: minor: quàm D; A.
2. 3. f; e: maior, quàm D; A.
13. 5. g; h: minor, quàm f; e.
91. h. ge: minor, quàm fh.

Est autem g logarithmus rationis $u(A)$ ad
12. h. $u(B)$, vel B ad A: ideoque ge, logarithmus est
80. h. rationis B ad A totuplicatæ, quotus est e. item
fh, logarithmus est rationis D ad C totuplicatæ,
81. h. quotus est f. Ergo sicut ge, minor est, quàm fh:
sic totuplicata ratio B ad A, quotus est e, depres-
sior est, quàm totuplicata D ad C, quotus est f.

hypoth. & est *B*, maior, quàm *A*, & *D* maior, quàm *C*:
def.p.4. ergo totuplicata ratio *B* ad *A*, quotus est *e*, minor est, quàm totuplicata *D* ad *C*, quotus est *f*.
2. 3. & conuertendo, totuplicata *A* ad *B*, quotus est *e*, maior, quàm totuplicata *C* ad *D*, quotus est *f*. Quod &c.

def.13.h Si *u(A)*, minor est, quàm *u(C)*: etiam *u(B)*, mi-
88. h. nor est, quàm *u(D)*: & est ratio *u(C)* ad *u(D)*, altior, quàm *u(A)* ad *u(B)*: & est *u(C)*, maior vtralibet *u(D)*, & *u(A)*.

104. h. *h*; *g*: non minor, quàm *u(C)*; *u(A)*.

12. h. *u(C)*; *u(A)*: *A*; *C*.

13. 5. *h*; *g*: non minor, quàm *A*; *C*.

8. 5. *A*; *C*: maior, quàm *A*; *D*.

hypoth. *A*; *D*: maior, quàm *e*; *f*.

13. 5. *h*; *g*: maior, quàm *e*; *f*.

91. h. *hf*: maior, quàm *eg*.

sup. Totuplicata *A* ad *B*, quotus est *e*, maior, quàm totuplicata *C* ad *D*, quotus est *f*. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 94. Prop. 107.

SI fuerint quatuor quantitates arithmeticè dispositæ, & prima, maior, quàm secunda: fuerint autem & duo numeri, prior ad posteriorem maior, quàm vt prima quantitas ad quartam: erit primæ ad secundam totuplicata ratio, quotus est prior numerus, maior, quàm tertię ad quar-

tam

tam totuplicata, quotus est posterior.

Hypoth.

Sint quatuor quantitates *A*, *B*, *C*, *D*, arithmeticè dispositæ: & sit *A*, maior, quàm *B*; ideoque etiam *C*, maior, quàm *D*: & sit *e* numerus ad numerum *f*, maior, quàm vt *A* ad *D*.

Dico *A* ad *B* totuplicatam, quotus est *e*, maiorem esse, quàm *C* ad *D* totuplicata, quotus est *f*.

Demonstr.

Sunt enim quatuor quantitates arithmeticè
hypoth. dispositæ *D*, *C*, *B*, *A*: & est *D* minor, quàm *C*:
2. 3. & *f* ad *e*, minor est, quàm vt *D* ad *A*. ergo *D*
106. *h.* ad *C* totuplicata ratio, quotus est *f*, maior est,
2. 3. quàm *B* ad *A* totuplicata, quotus est *e*. Et conuertendo, *C* ad *D* totuplicata, quotus est *f*, minor, quàm *A* ad *B* totuplicata, quotus est *e*. Quod &c.

Quare &c.





Perilluſt. & Excellentiſs. D. Io. Dominico Caſſino Aſtronomo D. S. Petrus Mengolus S. D.




Vnquam mihi ſatis credo, Vir Excellentiſs. cum publicanda conſcribo; ideoque meritò nec omninò ſcholaribus credendum puto: quorum licet ope me fateor plurimùm profeciſſe; non tamen auctoritate oportuit confirmari. Tu verò, qui ſcis, & potes, tuis in me multis hucuſque poſitis, hoc addas officium velim: praua, ſi quæ ſunt, emendes primùm: in iis, quæ malè poſita ſunt, conſilio adiuues; in cæteris, mihi duplices intellectum. Quod vt præſtes faciliùs, retexam breuiter huiuſce operis narrationem: quam cum legeris, præfationemque ad lectorem percurreris; plurima quidem curſim prætereundo intelligere; paucis verò difficilioribus lectis attentiùs, demonſtratisq́;, poſsis de toto volumine ſententiam ferre.

Ante annos duodecim, occaſione cuiuſdam problematis mihi propoſiti à D. Io. Antonio Rocca Regienſi, de figura vnilinea deſcribenda, quæ ſecaret ellipſim in duobus punctis innumerabiles eiuſmodi figuras excogitaui, quas tunc per Geometriam indiuiſibilium quadrabam, adhibito tamen priùs hoc lemmate.

Lemma.

Data recta linea, diuisa primùm bifariam, deinde non bifariam in duobus punctis, vtrimque à medio puncto æqualiter distantibus: assignatisque vnius eiusdem gradus potestatibus abscissarum; necnon alius eiusdem gradus potestatibus residuarum: inuenire cui sit æquale aggregatum ex duobus productis synonymis, sub potestatibus abscissarũ assignatis, per suarum assignatas potestates residuarum.

Est autem hoc lemma affine illi, quod recitat Bonauentura Cauallerius b. m. præceptor meus ex Io. Beugrand: quod idcircò in expositione placet imitari.



Sit recta *AR*, diuisa bifariam in *T*, & non bifariam in punctis *C*, *B*, æqualiter hinc inde à *T* distantibus. Oportet inuenire, cui sit æquale aggregatum productorum synonymorum sub potestatibus partium inæqualium *AB*, *BR*, & *AC*, *CR*. Vt autem breuiori via id obtineamus, procedemus per Algebram Speciosam, partes *AT*, *TR*, vocantes *t*: & partes *BT*, *TC*, vocantes *a*. Erunt ergo *AB*, *CR*, $t - a$: & erunt *AC*, *BR*, $t + a$. Assignatis itaque primis potestatibus abscissarum *AB*, *AC*, necnon primis residuarum *BR*, *CR*; volens inuenire cui æquetur summa productorum sub primis potestatibus *ABR*, *ACR*, statim ducendo $t - a$ per $t + a$ produco vnum: & ducendo

$A\,|\!\!-\!\!-\!\!-\!\!-\!\!\overset{B}{|}\!-\!\overset{T}{|}\!-\!\overset{C}{|}\!-\!\!-\!\!-\!\!-\!\!|\,R$

do $t+a$ per $t-a$, produco alterum, quorum ſumma, $2t2 - 2a2$.

Exemplum primum in Vniprimis.

AB: $t-a$	AC: $t+a$
BR: $t+a$	CR: $t-a$
ABR: $t2-a2$	ACR: $t2-a2$
	$t2-a2$

$ABR+ACR$: $2t2-2a2$

Vnde ſequitur aggregatum productorum ſub primis poteſtatibus ABR, ACR, ęquale eſſe, duplæ ſecundæ poteſtati AT, dempta dupla ſecunda TC.

Quod ſi aſſignatis ſecundis poteſtatibus abſciſſarum AB, AC, & primis reſiduarum BR, CR, velim ſcire cui æquetur ſumma productorum ſub poteſtatibus ſecunda AB, & prima BR, & ſub ſecunda AC & prima CR: effingo ſecundam poteſtatem à radice $t-a$, quàm duco in primam $t+a$; vt fiat vnus productus: item effingo ſecundam $t+a$, quàm duco in primam $t-a$; vt fiat alter productus: quorum ſummam inuenio $2t3 - 2ta2$.

Exem-

Exemplum 2. in Biprimis.

$AB:\ t2 - - - 2ta + a2$

$BR:\ t + a$

$t3 - - - 2t2a + ta2$

$+\ t2a - - - 2ta2 + a3$

$ABR:\ t3 - - - t2a - - - ta2 + a3$

$AC:\ t2 + 2ta + a2$

$CR:\ t - - - a$

$t3 + 2t2a + ta2$

$- - - t2a - - - 2ta2 - - - a3$

$ACR:\ t3 + t2a - - - ta2 - - - a3$

$t3 - - - t2a - - - ta2 + a3$

$ABR + ACR:\ 2t3 - - - 2ta2.$

Vnde manifestum est aggregatum productorum sub potestatibus, secunda *AB* & prima *BR*, & sub secunda *AC* & prima *CR*, æquale esse duplæ potestati tertiæ *AT*, dempto duplo producto sub prima *AT*, & secunda *TC*.

Similiter in cuiuslibet appellationis proportionalibus progrediendo, consequemur optatum: vt exemplis subiectis liquidò apparet.

Exem-

A B T C R

Exemplum 3. in Triprimis.

AB: $t^3 - 3t^2a + 3ta^2 - a^3$

BR: $t + a$

$t^4 - 3t^3a + 3t^2a^2 - ta^3$

$+ t^3a - 3t^2a^2 + 3ta^3 - a^4$

ABR: $t^4 - 2t^3a + 2ta^3 - a^4$

AC: $t^3 + 3t^2a + 3ta^2 + a^3$

CR: $t - a$

$t^4 + 3t^3a + 3t^2a^2 + ta^3$

$- t^3a - 3t^2a^2 - 3ta^3 - a^4$

ACR: $t^4 + 2t^3a - 2ta^3 - a^4$

$t^4 - 2t^3a + 2ta^3 - a^4$

ABR+ACR: $2t^4 - 2a^4$.

Exemplum 4. in Bisecundis.

AB: $t^2 - 2ta + a^2$

BR: $t^2 + 2ta + a^2$

$t^4 - 2t^3a + t^2a^2$

$+ 2t^3a - 4t^2a^2 + 2ta^3$

$+ t^2a^2 - 2ta^3 + a^4$.

ABR: $t4 - 2t2a2 + a4$
Similiter *ACR*: $t4 - 2t2a2 + a4$
ABR + ACR: $2t4 - 4t2a2 + 2a4$.

Exemplum 5. in Quadriprimis.

AB: $t4 - 4t3a + 6t2a2 - 4ta3 + a4$
BR: $t + a$

$t5 - 4t4a + 6t3a2 - 4t2a3 + ta4$
$+ t4a - 4t3a2 + 6t2a3 - 4ta4 + a5$

ABR: $t5 - 3t4a + 2t3a2 + 2t2a3 - 3ta4 + a5$

AC: $t4 + 4t3a + 6t2a2 + 4ta3 + a4$
CR: $t - a$

$t5 + 4t4a + 6t3a2 + 4t2a3 + ta4$
$- t4a - 4t3a2 - 6t2a3 - 4ta4 - a5$

ACR: $t5 + 3t4a + 2t3a2 - 2t2a3 - 3ta4 - a5$
$t5 - 3t4a + 2t3a2 + 2t2a3 - 3ta4 + a5$

ABR + ACR: $2t5 + 4t3a2 - 6ta4$.

A B T C R

Exemplum 6. in Trisecundis.

AB: $t3 - - 3t2a + 3ta2 - - a3$

BR: $t2 + 2ta + a2$

$t5 - - 3t4a + 3t3a2 - - t2a3$

$+ 2t4a - - 6t3a2 + 6t2a3 - - 2ta4$

$+ t3a2 - - 3t2a3 + 3ta4 - - a5$

ABR: $t5 - - t4a - - 2t3a2 + 2t2a3 + ta4 - - a5.$

AC: $t3 + 3t2a + 3a2 + a3$

CR: $t2 - - 2ta + a2$

$t5 + 3t4a + 3t3a2 + t2a3$

$- - 2t4a - - 6t3a2 - - 6t2a3 - - 2ta4$

$+ t3a2 + 3t2a3 + 3ta4 + a5.$

ACR: $t5 + t4a - - 2t3a2 - - 2t2a3 + ta4 + a5$

$t5 - - t4a - - 2t3a2 + 2t2a3 + ta4 - - a5$

ABR + ACR: $2t5 - - 4t3a2 + 2ta4.$

Similiter in Quintiprimis.

ABR + ACR: $2t6 + 10t4a2 - - 20t2a4 - - 2a6.$

In

In Quadriſecundis.

ABR+ACR: 2t6---2t4a2---2t2a4+2a6.

In Tritertijs.

ABR+ACR: 2t6---6t4a2+6t2a4---2a6.

In Sextiprimis.

ABR+ACR: 2t7+18t5a2---10t3a4---10ta6.

In Quintiſecundis.

ABR+ACR: 2t7+2t5a2---10t3a4+8ta6.

In Quadritertijs.

ABR+ACR: 2t7---6t5a2+6t3a4---2ta6.

In Septimiprimis.

ABR+ACR: 2t8+28t6a2---28t2a6---2a8.

In Sextiſecundis.

ABR+ACR: 2t8+8t6a2---30t4a4+8t2a6+2a8.

In Quintitertijs.

ABR+ACR: 2t8---4t6a2+4t2a6---2a8.

In Quadriquartis.

ABR+ACR: 2t8---8t6a2+12t4a4---8t2a6+2a8.

In Octauiprimis.

ABR+ACR: 2t9+40t7a2+28t5a4---56t3a6---14ta8.

In Septimiſecundis.


ABR+ACR: 2t9+16t7a2---28t5a4+10ta8.

In Sextitertijs.

ABR+ACR: 2t9---12t5a4+16t3a6---6ta8.

In Quintiquartis.

ABR+ACR: 2t9---8t7a2+12t5a4---8t3a6+2ta8.



In Noniprimis.

ABR+ACR: 2t10 + 54t8a2 + 84t6a4 --- 84t4a6 --- 54t2a8 --- 2a10.

In Octauisecundis.

ABR+ACR: 2t10 + 26t8a2 --- 28t6a4 --- 28t4a6 + 26t2a8 + 2a10.

In Septimitertijs.

ABR+ACR: 2t10 + 6t8a2 --- 28t6a4 + 28t4a6 --- 6t2a8 --- 2a10.

In Sextiquartis.

ABR+ACR: 2t10 --- 6t8a2 + 4t6a4 + 4t4a6 --- 6t2a8 + 2a10.

In Quintiquintis.

ABR+ACR: 2t10 --- 10t8a2 + 20t6a4 --- 20t4a6 + 10t2a8 --- 2a10.

Propositio.

In parallelogrammo ducta diametro, regula basi: omnes sexcuplæ vniprimæ sub triangulis, sunt æquales omnibus secundis potestatibus parallelogrammi.

Et omnes duodecuplæ biprimæ, omnibus tertijs potestatibus parallelogrammi.

Et omnes 20plæ triprimæ: necnon omnes 30plæ bisecundę; omnibus quartis potestatibus.

Et

Et omnes 30plæ quadriprimę: necnon omnes 60plæ trisecundæ; omnibus quintis potestatibus.

Et omnes 42plę quintiprimę: item omnes 105plę quadrisecundæ: & omnes 140plæ tritertiæ; omnibus sextis potestatibus.

Et omnes 56plæ sextiprimæ: item omnes 168plę quintisecundæ: item omnes 280plæ quadritertiæ; omnibus septimis potestatibus.

Et omnes 72plæ septimiprimæ: item omnes 252plæ sextisecundæ: necnon omnes 504plæ quintitertiæ: & omnes 630plæ quadriquartæ; omnibus octauis potestatibus.

Et omnes 90plę octauiprimæ: & omnes 360plæ septimisecundę: & omnes 840plæ sextitertiæ: & omnes 1260plæ quintiquartæ; omnibus nonis potestatibus.

Et omnes 110plæ noniprimæ: & omnes 495plæ octauisecundæ: & omnes 1320plæ septimitertiæ: & omnes 2310plæ sextiquartæ: & omnes 2772plæ quintiquintæ; omnibus decimis potestatibus.


Et sic deinceps in infinitum iuxta numeros tabulę quadratricum, vel quadraturarum, cõtinuatę quãtùm oportet.

Meth. Demonstr.

Affinis est hæc propositio, tribus propositionibus, quas loco citato refert Cauallerius ex eodem Beugrand *Exerc.* 4. *prop.* 25, 26, *&* 27: Eademque illarum methodo demonstrabitur, ex Lemmate præcedenti. Porrò satis puto ad ostensionem eiusdem methodi, ex decem propositis, tria tantùm demonstrare.

Hy-

Hypoth.



Esto parallelogrammum *AB*, cuius diameter *CD*: diuidaturque *CD* bifariam in *E*: ducanturque per *E*, rectæ *FG*, *IH*, parallelogrammi *AB* lateribus parallelę: ducanturque hinc inde ab *E* distantes quantumlibet, sed æqualiter, & intra quadratum, duæ *K L M N*, & *O P Q R*.

Dico sub triangulis *ACD*, *BCD*, omnes sextuplas vniprimas, æquales esse, omnibus secundis potestatibus parallelogrammi *AB*.

Demonstr. p.

Quoniam aggregatum ex vniprimis *KMN*, *OPR*, est æquale duplæ secundę potestati *KL*, dempta dupla secunda potestate *LM*: & *KN* ducta est vtcunque. Ergo ex omnibus vniprimis, sub trapezio *AFEC*, & sub triangulo *CEG*, & ex omnibus, sub triangulo *EFD*, & sub trapezio *EDBG*, aggregatum; quod est omnes vniprimæ

mæ ſub triangulis *ACD*, *BCD*: eſt æquale omnibus duplis ſecundis poteſtatibus parallelogrammi *AE*, demptis omnibus duplis ſecundis poteſtatibus trianguli, *IEC*; ideſt omnibus ſimplis ſecundis poteſtatibus parallelogrammi *AH*, demptis omnibus ſecundis poteſtatibus, vtrorumq; triangulorum *IEC*, *DEH*.


Sed qualium trianguli *IEC* omnes ſecundę poteſtates, ſunt vnitas: talium parallelogrammi *AE*, ſunt 3. Ideoq; qualium omnes ſecundæ poteſtates triangulorum *IEC*, *DEH*, ſunt 2: talium omnes ſecundæ poteſtates parallelogrammi *AH*, ſunt 6. Et omnes vniprimæ ſub triangulis *ACD*, *BCD*, ſunt vtrorumque differentia, nempe 4: & omnes ſexcuplæ vniprimæ, ſub triangulis *ACD*, *BCD*, ſunt 24. Item qualium omnes ſecundæ poteſtates *AH*, ſunt 6: talium omnes ſecundæ poteſtates *AB*, ſunt 24. Ergo omnes ſextuplæ vniprimę, ſub triangulis *ACD*, *BCD*, ſunt ęquales, omnibus ſecundis poteſtatibus *AB*. Quod &c.

Dico ſub triangulis *ACD*, *BCD*, omnes duodecuplas biprimas, æquales eſſe, omnibus tertijs poteſtatibus parallelogrammi *AB*.

Demonſtr.2.

Quoniam aggregatum ex biprimis *KMN*, *OPR*, eſt æquale duplæ tertiæ poteſtati *KL*, dempta dupla vniſecunda *KLM* (ideſt, dempto duplo producto ſub poteſtatibus, prima *KL*, & ſecunda *LM*). Oſtendetur ſimiliter vt ſupra, quòd omnes biprimæ ſub triangulis *ACD*, *BCD*,

ſunt



sunt æquales omnibus tertijs potestatibus parallelogrammi *AH*, demptis omnibus vnisecundis sub potestatibus primis eiusdem *AH*, & sub secundis vtrorumque triangulorum *IEC*, *DEH*.

Qualium autem omnes secundæ potestates trianguli *IEC*, sunt vnitas: talium omnes secundæ potestates parallelogrammi sunt 3: ideoque qualium omnes vnisecundæ sub parallelogrammo *AE*, & sub triangulo *IEC*, sunt sunt vnitas: talium omnes tertiæ potestates parallelogrammi *AE*, sunt 3. & qualium omnes vnisecundæ sub parallelogrammo *AH*, & sub vtrisque triangulis *IEC*, *DEH*, sunt 2: talium omnes tertiæ potestates *AH*, sunt 6: & omnes biprimæ sub triangulis *ACD*, *BCD*, sunt vtrorumque differentia, nempe 4: & omnes duodecuplę biprimæ sub triangulis *ACD*, *BCD*, sunt 48. item qualium omnes tertiæ potestates *AH*, sunt 6: talium omnes ter-

tiæ

tiæ poteſtates *AB*, ſunt 48. Ergo omnes duodecuplæ biprimæ, ſub triangulis *ACD*, *BCD*, ſunt æquales omnibus tertijs poteſtatibus *AB*. Quod &c.


Dico ſub triangulis *ACD*, *BCD*, omnes 60plas triſecundas, æquales eſſe, omnibus quintis poteſtatibus parallelogrammi *AB*.

Demonſtr. 3.

Quoniam aggregatum ex triſecundis *KMN*, *OPR*, eſt æquale duplæ quintæ poteſtati *KL*, dempta quadrupla triſecunda *KLM*, addita dupla vniquarta *KLM*. oſtendetur ſimiliter vt ſupra, quod omnes triſecundæ ſub triangulis *ACD*, *BCD*, ſunt æquales omnibus quintis poteſtatibus parallelogrammi *AH*; demptis omnibus duplis triſecundis, ſub poteſtatibus tertijs *AH*, & ſub ſecundis vtrorumque triangulorum *IEC*, *DEH*, additis omnibus vniquartis ſub poteſtatibus primis *AH*, & ſub quartis vtrorumque triangulorum *IEC*, *DEH*.

Qualium autem omnes ſecundæ poteſtates trianguli *IEC*, ſunt 5: talium omnes ſecundæ poteſtates parallelogrammi *AE*, ſunt 15. ideoque qualium omnes triſecundæ ſub tertijs poteſtatibus parallelogrammi *AE*, & ſub ſecundis trianguli *IEC*, ſunt 5: talium omnes quintæ poteſtates parallelogrammi *AE*, ſunt 15: atque talium omnes duplæ triſecundæ ſub *AE*, & ſub *IEC*, ſunt 10: atque differentia vtrarumque, eſt 5.

Rurſum, qualium omnes quartæ poteſtates trianguli *IEC*, ſunt 3: talium omnes quartæ poteſtates *AE*, ſunt



15. ideoque qualium omnes vniquartæ, ſub primis, *AE*, & quintis *IEC* poteſtatibus, ſunt 3: talium omnes quintæ poteſtates *AE*, ſunt 15. ſed talium oſtenſæ ſunt omnes quintæ *AE*, demptis omnibus duplis triſecundis, ſub *AE*, & ſub *IEC*, eſſe 5: ergo additis omnibus vniquartis, ſub *AE*, & ſub *IEC*, ſunt 8.

Sed qualium omnes quintæ *AE*, ſunt 15: talium omnes quintæ *AH* ſunt 30: & omnes quintæ *AH*, demptis omnibus duplis triſecundis, ſub *AH*, & ſub vtriſque *IEC*, *DEH*, additiſque omnibus vniquartis, ſub *AH*, & ſub vtriſque *IEC*, *DEH*, ſunt 16; nempe omnes triſecundæ, ſub triangulis *ACD*, *BCD*, ſunt 16: & omnes 60plæ triſecundæ ſub ijſdem, ſunt 960. & qualium omnes quintæ poteſtates *AH*, ſunt 30: talium omnes quintæ poteſtates *AB*, ſunt 960. Ergo omnes 60plæ triſecundæ, ſub triangulis *ACD*, *BCD*, ſunt æquales, omnibus quintis poteſtatibus parallelogrammi *AB*. Quod &c. Quare &c.

His

His demonstratis, cogitabam si possent aliæ quadraturæ inueniri ex inuentis compositæ, in quas insignis aliqua resoluatur; quemadmodum in triangula, parabolam Archimedes resoluit. Et quæsiui primum de omnibus figuris, in quibus ordinatæ ad basim, sunt omnes potestates abscissarum, primæ, secundæ, tertiæ, & deinceps in infinitum: quas ex demonstratis à Cauallerio loco citato, deprehendebam esse in serie harmonica naturali ab vnitate: earumque summam demonstraui excrescere in infinitum, in præfatione ad meum libellum, cui titulus, Nouæ Quadraturæ Arithmeticæ, seu de Additione Fractorum.

Deinde tentaui, si possent in vnam colligi summam figuræ, in quibus ordinatæ ad basim, sunt abscissæ primæ, & producti sub primis abscisis, & residuarum potestatibus omnifariam, idest, abscissæ primæ, vniprimæ, vnisecundæ, vnitertiæ, vniquartæ, & deinceps in infinitum: quas colligere mihi successit fæliciter, & æquales inuenire parallelogrammo, cuius ad eamdem basim ordinatæ, sunt omnes totæ; vt potest facilè colligi ex suprà demonstratis, & ex 17. p. Nou. Quadr.

Item si possent colligi figuræ, in quibus ordinatæ ad basim sunt abscissæ secundæ, & producti sub abscisis secundis, & residuarum potestatibus omnifariam, idest, abscissæ secundæ, biprimæ, bisecundæ, bitertiæ, biquartæ, & deinceps in infinitum: quas etiam colligere mihi successit, & æquales inuenire triangulo, cuius ordinatæ sunt omnes obscissæ. vt patet ex supra demonstratis, & ex 8.2. Nou. Quadr.

Et generaliter inueni, figuram, in qua ordinatæ sunt omnes potestates abscissarum, & deinceps omnes figuras, in quibus ordinatæ

natæ ſunt productæ ſub ijſdem poteſtatibus abſciſſarum, & ſub reſiduarum poteſtatibus omnifariam, ſimul aggregatas, æquales eſſe figuræ, in qua ordinatæ, ſunt omnes poteſtates abſciſſarum ordinis proximè inferioris. Verbi gratia, omnes abſciſſas tertias, additis omnibus triprimis, omnibus triſecundis, omnibus tritertijs, alijſque omnibus triquotis; eſſe æquales, omnibus abſciſsis ſecundis. Item omnes abſciſſas quartas, additis omnibus quadriprimis, omnibus quadriſecundis, omnibus quadritertijs, omnibus quadriquartis, alijſque omnibus quadriquotis; eſſe æquales omnibus abſciſsis tertijs, quod ita generaliter vt enunciatum eſt, & ex ſupra demonſtratis, & ex 5. 3. Nou. Quadr. poteſt manifeſtari.

Ipſam interim acceſsionem, quàm Geometriæ Indiuiſibilium feceram, præteriui: veritus eorum authoritatem, qui falſum putant ſuppoſitum, omnes rectas figuræ planæ infinitas, ipſam eſſe figuram planam: non quaſi hanc ſequens partem; ſed illam quaſi non prorſus indubiam deuitans: tentandi animo, ſi poſſem demum eamdem indiuiſibilium methodum, aut aliam æquiualentem nouis, & indubijs prorſus conſtituere fundamentis.

Mechanicis deinde ac Muſicis hucuſque imperfectis occupatus lucubrationibus, in eas quandoque veni demonſtrandarũ concluſionum anguſtias, vt per omnifariam hæc noſtra elementa, nouorum indigerem argumentorum. quæ priuatis tradita ſcripsis deliteſcebant, non inculta ſolùm, ſed & ita perperam poſita, vt quaſi ſpecialia Lemmata quorumdam mathematum, non valerent ad aliud. Animaduertebam etiam me non poſſe multùm in Mechanicis proficere, quas liberaliter profiteor; niſi ex vberiore

Geo-

Geometria, quàm quæ hucusque ab Euclide, Apollonio, alijsque posterioribus tradita esset.

Nuperrimè hoc anno, Adm. R. P. Fr. Stephanus de Angelis Iesuattus, meus condiscipulus, de indiuisibilium Præceptoris nostri Geometria omnium optimè meritus, cuius intellectus copiam, & fælicitatem, nunquam satis à me cõmendari posse verbis existimo, mittebat ad me libellum suum De Infinitis Parabolis &c. legendum: cuius ex eruditione mirabili, melior, & vegetior factus Geometra; maximum hoc emolumentum percepi: vt præterita studia reuerterentur in mentem; ordinemque, inter plura deinceps inuenta, postularent. & illud tandem mihi, opinor, successisse fæliciter, quod duodecim ante annos desideraueram: ijs etiam, quibus deuincior, Mechanicorum studiorum obligationibus oportunum. super qua mea opinione, Vir Excellentissime, hisce lucubrationibus perlectis; & quatenus oportuerit ad correctionem notatis: tuam sinceram enixè rogans, postulo, & expecto sententiam. Vale.



Ta-

Tabula Formosa.

FO.u.
FO.a. FO.r.
FO.a2. FO.ar. FO.r2.
FO.a3. FO.a2r. FO.ar2. FO.r3.
FO.a4. FO.a3r. FO.a2r2. FO.ar3. FO.r4.

Tabula Subquadraturarum.

FO.u.
FO.a. FO.r.
FO.a2. FO.2ar. FO.r2.
FO.a3. FO.3a2r. FO.3ar2. FO.r3.
FO.a4. FO.4a3r. FO.6a2r2. FO.4ar3. FO.r4.

Tabula Quadraturarum.

FO.u.
FO.2a. FO.2r.
FO.3a2. FO.6ar. FO.3r2.
FO.4a3. FO.12a2r. FO.12ar2. FO.4r3.
FO.5a4. FO.20a3r. FO.30a2r2. FO.20ar3. FO.5r4.

GEO-



GEOMETRIÆ SPECIOSÆ

ELEMENTVM SEXTVM.

DEFINITIONES.



1 ASsumatur inter lineas, vna quælibet quantitas; quæ, Rationalis, dicetur.

2 Et exponatur quædam recta linea, rationali æqualis; quæ dicetur, Tota:

3. Sitque data positione; quæ dicetur, Basis.

4. Eiusqne alterum extremorum punctorum, dicetur, Finis abscissarum.

5. Alterum, Finis residuarum.

6. Et ab vnoquoque puncto in basi sumpto, vsque ad finem abscissarum, quatenus ipsa basis extenditur, quantitas dicetur Abscissa.

7. Ideoque tota dicetur etiam, Maxima abscissarum.

8. Item ab vnoquoque puncto in basi sumpto, vsque ad finem residuarum, quatenus basis extenditur, quantitas dicetur Residua.

9. Ideo-

9. Ideoque tota dicetur etiam, Maxima residuarum.

10. Super basi describatur quadratum: & ab vno quolibet puncto in basi sumpto, recta ducatur, vsque ad oppositum latus, reliquis lateribus quadrati parallela: quæ dicetur, Ordinata in quadrato.

11. Quæ cum sit æqualis rationali, & totę; dicetur Rationalis, & Tota, & Maxima abscissarum, & Maxima residuarum.

12. Et quadratum, per suas ordinatas extensum, dicetur, Forma omnes rationales, & Forma omnes totæ. & significabitur characteribus *FO.u*, & *FO.t*.

13. Immò quoniam tota est æqualis rationali, & reliquæ omnes potestates totę, sunt inter se, & rationali æquales: ordinata in quadrato dicetur etiam, Tota secunda, Tota tertia, Tota quarta, & deinceps.

14. Et quadratum, dicetur, Forma omnes totæ secundæ, Forma omnes totæ tertiæ, Forma omnes totæ quartę. aptisque significabitur characteribus, *FO.t2*, *FO.t3*, *FO.t4*. & sic deinceps.

15. A fine abscissarum ducta diameter quadrati, facit semiquadratum triangulum: cuius ab vnoquolibet puncto in basi sumpto recta ducatur, vsque ad prædictam diametrum, alteri lateri parallela, quæ dicetur, Ordinata in triangulo.

16. Quæ cum sit æqualis abscissæ, dicetur, Abscissa.

17. Ipsumque triangulum per suas ordinatas extensum, dicetur, Forma omnes abscissæ. & significabitur charactere, *FO.a*.

18. Si-

18. Similiter à fine residuarum ducta diameter quadrati, facit semiquadratum triangulum: cuius vnaquęlibet ordinata, cum sit æqualis residuæ, dicetur Residua.

19. Et per ordinatas residuas extensum triangulum, dicetur, Forma omnes residuæ. & significabitur charactere, *FO.r.*

20. Si super basi concipiatur figura extensa non nisi per ordinatas in quadrato: sed in qua, vnaquælibet ordinata, est abscissa secunda, dicetur, Forma omnes abscissæ secundæ. & significabitur charactere *FO.a2.*

21. Item, in qua, vnaquælibet ordinata, est vniprima, dicetur, Forma omnes vniprimæ. & significabitur charactere, *FO.ar.*

22. Et in qua, vnaquælibet ordinata, est residua secunda, dicetur Forma omnes residuæ secundæ. & significabitur charactere, *FO.r2.*

23. Et generaliter, si super basi concipiatur figura, extensa non nisi per ordinatas in quadrato: & in qua, vnaquęlibet ordinata, est assumpta quædam in tabula proportionalium: dicetur, Forma omnes tales proportionales. aptoque significabitur charactere. vt Forma omnes abscissæ tertiæ, *FO.a3*: Forma omnes biprimę, *FO.a2r*: Forma omnes vnisecundæ, *FO.ar2*: Forma omnes residuæ tertiæ, *FO.r3*. & sic deinceps.

24. Itaque ad instar tabulæ proportionalium, & specierum, alia tabula ordinabitur formarum, quæ dicetur, Formosa.

25. Quod si vna quælibet ordinata in forma, est assumpta quædam in tabula nominum: dicetur, Forma omnes totuplæ tales proportionales, aptoque significabitur charactere. vt, Forma omnes duplæ vniprimæ, *FO.2ar*: Forma omnes triplæ biprimæ, *FO.3a2r*: Forma omnes triplæ vnisecundæ, *FO.3ar2*. & sic deinceps.

26. Ideoque ad instar tabulæ nominum, & subquadratricum, alia tabula ordinabitur, quæ dicetur, Tabula subquadraturarum.

27. In qua digestæ formæ, dicentur, Subquadraturæ.

28. Item ad instar tabulæ quadratricum, alia tabula ordinabitur, quæ dicetur, Tabula Quadraturarum.

29. In qua digestæ formæ, dicentur, Quadraturæ.

30. Denique si vnaquælibt ordinata, in forma, est assumptæ proportionalis multipla, vel submultipla, vel multiplæ submultipla: dicetur, Forma omnes totuplæ tales proportionales, vel subtotuplæ, vel totuplarum subtotuplæ. aptisque significabitur characteribus. vt Forma omnes quintuplæ bitertiæ, *FO.5a2r3*: & Forma omnes biprimę subtriplæ, *FO.a2r(3)*: & Forma omnes quadruplæ triquartæ subseptulæ, *FO.4a3r4(7)*. & sic deinceps.

31. Si basis diuisa fuerit in partes æquales; ductæque fuerint per extrema & media diuisionum puncta parallelæ ordinatæ in forma; & super partibus basis æqualibus, inter parallelas completa fuerint parallelogramma maxima intra formam iacentia: figura ex parallelogrammis composita, dicetur, Inscripta formæ.

32. Quod

32. Quod si completa fuerint parallel ogramma minima formam includentia: figura ex parallel ogrammis composita, dicetur, Circumscripta formæ.

33. Figura vero ex tot parallelogrammis, quot sunt ordinatæ per puncta diuisionum, & ad ipsas ordinatas iacentibus composita, dicetur, Adscripta formę.

34. Speciosa, & Formosa tabulis congruentibus, Massæ, & Formæ, quarum in vtrisque sunt eędem appellationes, & ijdem characteres, dicentur inuicem Homonymę.

35. Item Homonymarum æquemultiplices, dicentur Homonymæ.


36. Ideoque etiam in duabus subquadratricum, & subquadraturarum, aut quadratricum, & quadraturarum tabulis, Massæ, & Formæ, dicentur Homonymę.



Theor. 1. Prop. 1.

TAbulæ formosæ primi lateris, in tertia, quarta, & reliquis deinceps formis, in singulis ordinatæ, pro maioribus abscissis, sunt maiores; & pro maxima abscissarum, est maxima, & ipsi basi æqualis: item vltimi lateris in formis, pro maioribus residuis, sunt maiores; & pro maxima residuarum, est maxima, & ipsi basi æqualis.

Hypoth.



Esto basis *AR*: in qua finis abscissarum, *A*; finis residuarum, *R*. & sint abscissæ, *AB* minor, *AC* maior, *AR* maxima; & residuæ, *RC* minor, *AB* maior, *RA* maxima: & esto in primo latere tabulæ formosæ, tertia *FO.a2*; & in vltimo, tertia *FO.r2*.

Dico in *FO.a2*, ordinatam per *C*, maiorem esse ordinata per *B*: & per *R*, maximam esse ordinatarum, & ęqualem ipsi *AR*.

Item in *FO.r2*, ordinatam per *B*, maiorem esse ordinata per *C*: & per *A*, maximam esse ordinatarum, & æqualem ipsi *RA*.

Demonstr.

Basis *RA*, ad ordinatam per *B*, duplicatam habet rationem eius, quàm habet ad *AB*: & ad ordinatam per *C*, duplicatam eius, quàm habet ad *AC*: *def.20b*

AC: & ad ordinatam per R, duplicatam æqualitatis, quàm habet ad AR. Sed RA ad AB, maior est, quàm vt ad AC: & ad AC, maior, quàm
4. 3. vt æqualis ad AR. Ergo ad ordinatam per B, maior est, quàm vt ad ordinatam per C: & ad ordinatam per C, maior, quàm vt ad ordinatam per R. Ergo ordinata per B, minor est, quàm quæ per C: & vtralibet per B, & per C, minor, quàm quæ per R: & ordinata per R, est maxima; ad quàm RA duplicatam habet rationem æqualitatis, nempe eamdem habet æqualitatis rationem: ergo per R ordinata, est ipsi AR æqualis. Quæ &c.

Simili prorsus demonstratione ostendetur, quòd in FO.r2, ordinata per B, maior est, quàm quæ per C: & vtralibet per B, & per C, minor, quàm quæ per A: & per A ordinata est maxima, & ipsi AR æqualis. Quę &c.


Quare &c.

Theor. 2. Prop. 2.

IN singulis formosæ tabulę, non primi, nec vltimi lateris formis, ordinatarum maxima, minor est, quàm tota: & facit abscissam, & residuam, proportionales, vt numeri, à quibus ipsa forma denominatur: reliquarum verò ex vtralibet parte, propior maximę remotiore maior est.

Hy-

Hypoth.



Esto basis *AR*; in qua, finis abscissarum, *A*; finis residuarum *R*: & esto in tabula formosa, non in primo, nec in vltimo latere, forma omnes bitertiæ, quàm denominant numeri 2, 3; cuius character, *FO.a2r3*. & diuidatur *AR* in *B*, vt abscissa *AB*, ad residuam *BR* sit proportionalis, sicut 2 ad 3: sumanturque aliæ abscissæ minores, quàm *BA*, nempe *DA*, *CA*: & aliæ residuæ minores, quàm *BR*, nempe *ER*, *FR*.

Dico in *FO.a2r3*, ordinatam per *B* minorem esse, quàm *AR*; & ordinatarum esse maximam: & ordinatam per *D*, maiorem esse, quàm quæ per *C*: & ordinatam per *E*, maiorem, quàm quæ per *F*.

Demonstr.


6. p. — Rationalis *u*, ad *a2r3*, rationem habet compo-
def. 8. p. — sitam ex rationibus, *u* ad *a2*, & *u* ad *r3*: idest compositam ex duplicata *u* ad *a*, & ex triplicata *u* ad *r*. Est autem *AR* ad *AB*, vt *u* ad *a*: & *AR* ad *BR*, vt *u* ad *r*: & ad ordinatam per *B*, est vt *u* ad *a2r3*. Ergo *AR* ad ordinatam per *B*, habet rationem compositam ex rationibus, duplicata *AR* ad *AB*, atque triplicata *AR* ad *RB*. Sed *AR* ad *AB*, & *AR* ad *RB*, sunt maioris inequa-

litatis

litatis rationes, quæ tùm multiplicatæ, tùm compositæ, faciunt maioris inæqualitatis rationem. Quare *AR* maior est, quàm ordinata per *B*. Quod &c.

Simili prorsus demonstratione ostendetur, quod ordinata per *D* ad *AR*, habet rationem compositam ex duplicata *AD* ad *AR*, & ex triplicata
p. p. *DR* ad *AR*. Ergo ex æquali, ordinata per *D* ad ordinatam per *B*, rationem habet compositam ex duplicata *DA* ad *AB*, & ex triplicata *DR* ad
def. 5. 5. *RB*. Sunt autem *DA*, *AB*, *BR*, *RD*, quatuor arithmeticè dispositæ, quarum secunda *AB* ad
105. 5. tertiam *BR* est vt 2 ad 3. Ergo duplicata ratio *DA* ad *AB* minor est, quàm triplicata *BR* ad
3. p. *RD*. Habet autem secunda potestas *DA* ad secundam *AB* duplicatam rationem eius, quàm habet *DA* ad *AB*: & tertia potestas *BR* ad tertiam *RD* triplicatam *BR* ad *RD*. Ergo secunda potestas *DA* ad secundam *AB* minor est, quàm vt tertia potestas *BR* ad tertiam *RD*: ergo produ-
91. 5. ctus sub secunda potestate *AD*, & sub tertia *DR*, minor est producto, sub secunda *AB*, & sub tertia
8. 5. *BR*. Sed productus sub secunda potestate *AD*, & sub tertia *DR*, ad productum sub secunda *AB*, & sub tertia *BR*, compositam habet ex rationibus secundæ potestatis *AD* ad secundam *AB*, & tertiæ *DR* ad tertiam *BR*: nempe compositam ex duplicata *AD* ad *AB*, & triplicata *DR* ad

RB:



RB: nempe eamdem quàm ordinata per D ad ordinatam per B. Ergo ordinata per D, minor eſt quàm ordinata per B. Similiter oſtendetur, quòd & ordinatæ per E, per C, per F, ſingulæ ſunt minores, quàm ordinata per B. Ergo ordinata per B eſt maxima. Quod &c.

Simili prorſus demonſtratione oſtendetur, quod ordinata per C ad ordinatam per D, eſt vt productus ſub ſecunda poteſtate AC, & ſub tertia CR, ad productum ſub ſecunda AD, & ſub tertia DR: & quod rationem habet compoſitam ex rationibus, duplicata CA ad AD, & triplicata CR ad RD. Sunt autem DA, AC, CR, RD, quatuor arithmeticè diſpoſitæ quarum DA maior eſt, quàm AC: & ſunt duo numeri 2 ad 3, vt AB ad BR, maiorem ſcilicet rationem habentes, quàm
107. 5. AD ad DR. Ergo maior eſt DA ad AC dupli-
2. 3. cata ratio, quàm CR ad RD triplicata: & è conuerſo minor eſt CA ad AD duplicata, quàm
3. p. DR ad RC triplicata: & minor eſt ſecunda poteſtas CA ad ſecundam AD, quàm vt poteſtas ter-
91. 5. tia DR ad tertiam RC: & minor eſt productus ſub ſecunda poteſtate AC, & ſub tertia CR, quàm ſub ſecunda poteſtate AD, & ſub tertia DR: &

minor


minor est ordinata per *C*, quàm ordinata per *D*. Similiter ostendetur, quòd ordinata per *F*, minor est, quàm ordinata per *E*. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 1. *Prop.* 3.

FOrmæ propositæ, in data basi, per datum punctum, ordinatam inuenire.

Hypoth.




Esto proposita *FO.1oa2r3*, super data basi *AR*, in qua datum punctum *B*.

Oportet per *B* ordinatam inuenire.

Constr.

Data *AR*, datisque *AB*, *BR*, inueniatur recta *BC*, ad quàm *AR*, rationem habet compositam ex datis rationibus, *AR* ad *AB* duplicata, *AR* ad *BR* triplicata, & ex ratione subdecupla: & collocetur *BC* perpendiculariter ad *AR*.

Dico *BC*, esse ordinatam per *B*, in *FO.1oa2r3*.



Demonſtr.

Ratio *AR* ad *BC*, componitur ex rationibus *AR* ad *AB* duplicata, *AR* ad *BR* triplicata, & ex ſubdecupla: ſed *AR*, eſt *u*; *AB*, eſt *a*; *BR*, eſt *r*: Ergo *AR* ad *BC* ratio, componitur ex rationibus *u* ad *a* duplicata, *u* ad *r* triplicata, & ex ſubdecupla: ſed ex ijſdem componitur *u* ad 10*a*2*r*3: ergo *AR* ad *BC* eſt vt *u* ad 10*a*2*r*3: Sed *AR* eſt *u*: ergo *BC*, eſt 10*a*2*r*3: ergo *BC* eſt ordinata per *B*, in *FO*.10*a*2*r*3. Quod &c.

Quare &c.

Probl. 2. Prop. 4.

SVper data baſi propoſitæ formæ primi vel vltimi lateris, per datum numerum diuiſa in partes æquales, tres figuras ex parallelogrammis deſcribere, inſcriptam, circumſcriptam, & adſcriptam: & oſtendere, quòd inſcripta & adſcripta ſunt æquales: & quòd circumſcripta excedit inſcriptam quantitate rectanguli ſub maxima ordinata, & ſub vna æqualium baſis partium.

Hy-

Demonstr.

2. *h.* Ordinatarum per omnia *BF* puncta, maxima est per *F*, nulla per *B*: ergo inter ordinatam per *F*, & parallelam per *B*, minimum parallelogram-
def.32h morum includentium formam est *MB*, ideoque ad circumscriptam pertinens figuram: nullum verò est intra formam iacentium. Item ordinatarum per omnia *EF* puncta maxima est per *G*; & per *F*, minor, quàm quæ per *E*, est minima: & inter ordinatas *EK*, *FM* minimum parallelogrammorum includentium formam, est *ELF*, & intra formam iacentium maximum *EM*; ideoque ad circumscriptam pertinet *ELF*; ad inscriptam ve-
def.31h rò *EM*. Similiter ostendetur, quod *DK*, *CI*, *AH* pertinent ad circumscriptam; & *HD*, *IE* ad inscriptam. Quare inscripta est ex *HD*, *IE*, *EM*: & circumscripta *AH*, *CI*, *DK*, *ELF*, *MB*. Et quoniam *CH*, *DI*, *EK*, *FM* sunt ordinatæ, quibus adiacent parallelogramma *AH*, *CI*, *DK*, *EM*,
def.33h vel *HD*, *IE*, *KF*, *MB*: manifestum est adscriptam ex *AH*, *CI*, *DK*, *EM*, vel ex *HD*, *IE*, *KF*, *MB* compositam esse. Excedit autem circumscripta adscriptam spatijs, *AH*, *HI*, *IK*, & excessu *ELF*, supra *KF*; vel spatijs *KLM*, *MB*: quæ vtralibet sunt æqualia vni rectangulo *ELF*: excedit ergo circumscripta adscriptam, quantitate rectanguli *ELF*. Adscripta vero excedit inscriptam

spa-

ſpatijs *AH*, *HI*, *IK*; vel ſpatijs *KM*, *MB*: quæ vtralibet non maiora ſunt rectangulo *ELF*: excedit ergo adſcripta inſcriptam, non maiori quantitate, quàm ſit *ELF*. Quę &c.

Quare &c.

Probl. 4. Prop. 6.

INuenire numerum, per quem propoſitæ formæ datæ baſis diuidatur, vt circumſcripta, & inſcripta ſint propiores æqualitati, quàm in data ratione inæqualitatis.

Hypoth.

Eſto data baſis *B*, dataque ratio maioris inæqualitatis *c* ad *d*.

Oportet numerum inuenire, per quem cum diuiſa fuerit *B*, & figuræ circumſcripta & inſcripta deſcriptæ fuerint, circumſcripta ad inſcriptam, minor ſit, quàm vt *c* ad *d*.

Conſtr.

Aſſumatur quilibet numerus, per quem diuidatur *B*: & inſcripta deſcribatur figura *E*: & in-
5. *h.* ueniatur quantitas *F*, ad quàm *E*, maior eſt,
2. *h.* quàm vt *c* ad *c*---*d*. Aſſignetur etiam, in ipſa *B*,
3. *h.* punctum: per quod maxima ordinatarum inueniatur *G*: & ad *G* applicetur quantitas *F*, vt fiat latitudo *H*: & ſumatur ipſius *H* multiplex *L*, maior quàm dupla *B*: & quotuplex eſt *L* ad *H*, totus numerus eſto *M*.

Dico *M*, eſſe numerum, per quem, cum diuiſa fuerit *B*; & figuræ circumſcripta, & inſcripta, fuerint deſcriptæ: cir-

circumscripta ad inscriptam minor est, quàm vt *c* ad *d*.

Præpar.

5. *h.* Quotus est *M*, tota pars ipsius *B* accipiatur *N*. & diuisa basi per numerum *M*, sit inscripta figura *Q*, circumscripta *R*, adscripta *S*.

Demonstr.

2. *p.* Quoniam *B* ad *N*; est vt *M* ad vnitatem, vel vt *L* ad *H*: permutando *B* ad *L*, est vt *N* ad
f. p. *H*: & 2*B* ad *L*, vt 2*N* ad *H*. Sed 2*B*, minor est, quàm *L*: ergo 2*N*, minor est, quàm *H*: ergo 2*GN* rectangulum, minus est rectangulo *GH*. sed rectangulum *GH*, est æquale ipsi spatio *F*: ergo 2*GN*, minus est, quàm *F*. Et est *E* ad 2*GN*, ratio maior, quàm *E* ad *F*. Sed *E* ad *F* ratio, maior est, quàm *c* ad *c*---*d*: ergo *E* ad 2*GN* ratio, maior est, quàm *c* ad *c*---*d*. Est autem *R*, maior, quàm *E*: ergo *R* ad 2*GN* ratio, maior est,
5. *h.* quàm *c* ad *c*---*d*. Est autem *R*---*S*, æqualis ipsi *GN*: & *S*---*Q*, non maior est, quàm 2*GN*: ergo *R* ad *R*---*Q*, maior est, quàm *c* ad *c*---*d*:
3. 3. ergo, per conuersionem rationis, *R* ad *Q*, minor est, quàm vt *c* ad *d*. Ergo *M* est numerus per quem &c. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 3. Prop. 7.

ADscripta, & forma, sunt quasi æquales.

Demonstr.


Nam data qualibet inæqualitatis ratione, possunt inueniri, circumscripta formæ, & inscripta,
6. h. propiores ęqualitati: est autem vtralibet adscripta,
5. h. & forma, minor, quàm circumscripta, & maior,
67. 5. quàm inscripta: ergo potest inueniri adscripta ad formam propior ęqualitati, quàm in data qualibet
def. 3. 3. inæqualitatis ratione. Quare adscripta, & forma, sunt quasi æquales.

Theor. 4. Prop. 8.

ADscripta cuiusque formæ, ad formam in vertice formosæ tabulæ, est vt à radice numero partium basis, massa homonyma, ad totam vnitate plus ordinatã, quàm sit basis tabulæ speciosæ, ad quam pertinet massa.

Hypoth.

Sunto duæ formæ, vna in vertice formosæ
def. 12 h. *FO.u*, quæ est quadratum *AB*; altera *FO.1 0a2r3*, super eadem basi *AR*: in qua finis abscissarum *A*; finis residuarum *R*. Et esto *AR* diuisa in partes æquales, mediãtibus pũctis *D,E,F,G,H,I*: per quæ ordinatæ sint, in altera forma, rectæ *DK, EL, FM, GN, HO, IP*; & in quadrato, sint *DQ, E℞, FS, GT, HX, IY*. & sint *AK, DL, EM, FN, GO, HP* parallelogramma, ex quibus componitur adscripta, quæ vocetur *S*: & *AQ, D℞, ES, FT, GX, HY, IB* parallelogramma æqualia, in quę diuiditur



uiditur quadratum *AB*. Assumatur etiam numerus *t*, partium æqualium ipsius *AR*: & à radice *t*, massa *O.10a2r3*, quæ ad quintam basim pertinet speciosæ tabulæ: sumaturque ab eadem radice *t*, tota sexta *t6*.

Dico *AB* ad *S*, esse vt *t6* ad *O.10a2r3*, à radice *t*.

Demonstr.

Quoniam ◡*AR* ad *DK*, rationem habet compositam, ex duplicata ◡*AR* ad *AD*, & ex triplicata *AR* ad *RD*, & ex subdecupla: videlicet pro abscissa vnitate *a*, compositam ex *t2* ad *a2*, & ex *t3* ad *r3*, & ex subdecupla: idest,

eamdem, quàm $t5$ ad $10a2r3$, pro abſciſſa vnitate. ſed *AQ* ad *AK*, eſt vt *AR* ad *DK*: ergo *AQ* ad *AK*, eſt vt $t5$ ad $10a2r3$, pro abſciſſa vnitate. Similiter *DR* ad *DL*, eſt vt $t5$ ad $10a2r3$ pro abſciſſo binario: necnon ſimiliter pro reliquis abſciſſis numeris. Sunt autem tot parallelogramma componentia aſcriptam *S*, quot ordinatæ per puncta *D*, *E*, *F*, *G*, *H*, *I*; totidemque, quot ipſa puncta: & vnitate pauciores, quàm numerus partium ipſius *AR*; nempe totidem, quot ſunt eiuſdem numeri *t* abſciſſiones, & abſciſſæ. Ergo per homologiam, æquemultiplicato vtrimque antecedente per *t*, collectiſque conſequentibus, quadratum *AB*, ad adſcriptam *S*, eſt vt *t*, ad $O.10a2r3$. Quod &c.

Quare &c.

Theor. 5. Prop. 9.

FOrma omnes multiplæ, ad formam omnes ſimplas eaſdem proportionales, ſuper eadem baſi iacentem, eſt æquemultipla.

Hypoth.

Eſto *A* forma omnes duplæ: & eſto *B* forma omnes ſimplæ eædem proportionales, ſuper communi baſi iacentes.

Dico *A* ad *B* duplam eſſe.

Demonſtr.

Diuiſa enim communi baſi, per quemlibet nu-
def. 30 b merum, in partes æquales, ordinatę per puncta diuiſio-

uisionum in *A*, duplæ ſunt ordinatarum per eadem puncta in *B*, ſingulæ ſingularum: & adiacentia parallelogramma, quæ adſcriptas componunt, dupla ſunt ſingula ſingulorum; & ſimul omnia ſi-
def.33b mul omnium: & adſcripta *A*, adſcriptæ *B* eſt du-
7. b. pla: ſed adſcripta *B* quaſi eſt ęqualis ad ſuam for-
31. 3. mam *B*: ergo adſcripta *A*, quaſi eſt dupla for-
7. b. mæ *B*: ſed forma *A* quaſi eſt æqualis adſcriptæ *A*: & ſunt formæ *A*, *B*, quantitates determinatę.
33. 3. Ergo *A* ad *B* eſt dupla. Quod &c. Quare &c.

Theor. 6. Prop. 10.

OMnes quadraturæ ſuper eadem baſi conſtitutæ, ſunt inter ſe æquales.

Demonſtr.

8. b. Nam adſcripta cuiuslibet quadraturæ, ad formam in vertice formoſæ tabulæ iacentem, eſt vt quadratrix homonyma, ad totam vnitate plus ordinatam, quàm in qua baſi eſt quadratrix in ſua ta-
18. 3. bula: ſed quadratrix ad huiuſmodi totam, quaſi eſt æqualis: ergo adſcripta quadraturæ, ad formam in vertice formoſę iacentem, quaſi eſt ęqua-
7. b. lis: ſed & ad ſuam quadraturam quaſi eſt æqualis:
33. 3. ergo quadratura ad formam in vertice formoſæ iacentem, eſt æqualis. Quare omnes quadraturæ, cum eidem determinatæ formæ ſint æquales, inter ſe ſunt æquales.

Theor.7. Prop. 11.

IN vna quaſque baſi tabulæ ſubquadraturarum, ſubquadraturæ ſunt æquales: & ſimul omnes, componunt quantitatem formæ, in vertice formoſæ tabulæ iacentis.

Demonſtr.

def.28h Nam in vnaquaque baſi tabulæ ſubquadraturarum, quadraturæ ſunt æquemul tiplæ. Sed æqua- *9. h.*

10. h. les, ipſæ ſunt inter ſe quadraturæ: ergo æquales etiam ſunt inter ſe ſubquadraturæ.

Deinde in vnaquaque baſi tabulæ ſubquadraturarum, quotupla eſt quadratura vna vnius, tot ſunt ſubquadraturæ: atque totupla eſt ſumma omnium ſubquadraturarum, ad vnam tantùm. quare ſumma omnium ſubquadraturarum, vni quadra-

10. h. turæ eſt æqualis: ſed vnaquælibet quadratura æqualis eſt formæ in vertice formoſæ tabulæ iacenti. Quare in vnaquaque baſi tabulæ ſubquadraturarum, ſumma omnium, æqualis eſt vni formæ, in vertice formoſæ tabulæ iacenti.

Porrò in Tabula Formoſa, in ipſius formis, præter ea, quæ in epiſtola ad Excellentiſſimum Caſsinum commemoraui ex meo libello Nouarum Quadraturarum alia inueni duo, quæ hìc pro coronide recenſebo: aliàs publicanda cum demonſtratione, ſi Deus otium, & vlteriorem fortunam conceſſerit.

Vnum de mixtilineis angulis, & de cornibus formarum; & de angulorum quantitatibus, videlicet.

Se-

Secundæ basis secunda & penultima forma, est binangula, cuius angulorum sinus rectus duplus versi. tertiæ verò, & quartę, ac reliquarum deinceps omnium basium formæ, prima & vltima, secunda & penultima, sunt vnicornes, & vnangulæ; quarum sinus rectus angulorum, ad versum totuplus est, quotus est ordo basis: in tertia, triplus; in quarta, quadruplus; in quinta quintuplus, & sic deinceps. reliquæ demum formæ omnes, sunt bicornes.

Alterũ de centris grauitatum bipartitum, cuius prima pars est.

Cuiusque formæ in tabula formosa, recta linea per centrum grauitatis ordinata, facit partes basis reciprocè proportionales, abscissam ad residuam, sicut eius ordinum numeri in sua basi à prima, & ab vltima. Exempli gratia. Formæ in quarta basi, secundæ tritultimæ per centrum ordinata, facit partes basis, abscissam ad residuam proportionales, vt 3 ad 2, ordo tritultimæ ad ordinem secundæ.

Secunda pars est. In vnaquaque forma, linea ex centro grauitatis ducta ordinatim ad basim, à basi, & centro finita, dicetur, Altitudo centralis. Itaque formarum in tabula formosa, centrales altitudines habent reciprocam rationem compositam ex rationibus numerorum, qui quadraturas ex formis producunt; ex directa iacentium in ijsdem basibus, & lateribus tabulæ quadraturarum, & ex conuersa iacentium in basibus duplordinatis, & in lateribus vnitate minùs, quàm duplordinatis. Exempli gratia. Centralis altitudo *FO.a4r2.* formæ in sexta basi tertiæ quintultimæ, ad centralem altitudinem *FO.a3r6*, formæ in nona

basi

basi septimæ quartultimæ, rationem habet compositam ex rationibus numerorum quadraturas producentium ex formis; ex ratione, inquam, 105, tertij quintultimi in sexta basi, ad 840, septimum quartultimum in nona basi; & ex ratione 352716, tredecimi septimultimi in decima octaua basi, ad 6435, quintum nonultimum in duodecima basi.

Vel aliter. Altitudines centrales formarum in tabula formosa iacentium, rationem habent compositam, tum ex ratione earumdem formarum conuersa, tum etiam ex directa aliarum in eadem tabula in basibus duplordinatis, & in lateribus vnitate minùs quàm duplordinatis. Exempli gratia. Centralis altitudo *FO.a4r2*, ad centralem *FO.a3r6*, rationem habet compositam, ex rationibus, *FO.a3r6*, ad *FO.a4r2*; & *FO.a8r4*, ad *FO.a6r12*.



DEO GRATIAS.